



SENTEN

TIAE EX DOCTORI
bus collecte , per doctiss.
virum .R. Barns An-
glum sacrę theologie
Doctorem .

VVittembergæ.

An. M. D.XXXVI.

Contenta inuenies proxima
pagella .



8° 3495

DUKE
UNIVERSITY
LIBRARY

Treasure Room

Barnes, R.

M 8354

10 ANNES B VGENHA-
gius Pomeranus Doctor
pro lectori.



V A M
M I S E R E
uexata et pres-
sa, sub Anti-
christianis me-
dacys sive fal-
sis doctrinis et
homicidys, ho-
die iaceat san-
cta Christi Ec-

clesia, uel si uident, qui iam tandem misericore
dia Dei patris, per Christi Euangeliam, rur-
sum mundo sincera prædicatione redditum,
illuminatos acceperunt oculos, & sentunt illi
qui odore huius gratie & sanctarū Dei pro-
missionum capti, quam maxime desiderant ut
Christum ipsum publice audiant prædicantem,
& suffirant ad Deum omnis consolatō-
nis Patrem, dum interim per tyrannidem mi-
micorum Christi audire publice, & uidere no-
licet, quod iusti Reges & Prophetæ, ut Chri-
stus ait,

Hoc ait olim audire et videre desiderabant.

Si Prophetarum scripta non sunt inania, Si Ecclesia sancta illa est, quæ Apostolica est, id est Apostolorum doctrina credens in Christum, quemadmodum Christus in oratione ait, Non rogo tantum pro eis, sed etiam pro illis, qui per uerbum eorum credituri sunt in me. Si deniq; stat ille fidei articulus, qui dicitur, Remissio peccatorum per Christum, filium Dei, conceptum de Spiritu sancto, natum ex Maria uirgine, passum sub Pontio Pilato, mortuum, resuscitatum, et regnante in dextera Patris. Quid est omnis iusticiaria doctrina in Papatu et Monachatu aliud, quam blasphemia, error, hypocrisis, idolatria, negatio remissionis peccatorum per Christum, negatio misericordie Dei Patris et sanguinis Domini nostri Iesu Christi?

Non est ibi ex acerbo Dei certa doctrina, nulla pro conscientijs ex Dei promissionibus firma consolatio, falsitas regnat, ueritas odium parit, traditiones humanæ sunt omnia, uerbum Dei nihil est, nisi quando eo pro suæ impietatis abutuntur.

Hanc

Hanc Ecclesie & sui regni misericordiam
futuram Christus prædictus, prædixerunt &
sancti Apostoli, quin & Spiritus sanctus in
Psalmis manifeste olim uenturam in persona
Christi deplorauit, ad Deum dicens, Tu re-
pellis & abiicis, & iratus es aduersus Chri-
stum tuum. Dissoluis foedus serui tui, & con-
culcas ad terram Diadema eius. Diruis om-
nes muros eius, & demoliri facis munitiones
eius, Depredantur eum omnes prætergredi-
entes, factus est opprobrium uicinis suis &c.
Vbi sunt Domine priores misericordie tuae,
quas iurasti Davidi ueritate tua? Menor
esto Domine oppobrii seruorum tuorum, quod
porto in sinu meo illatum ab omnibus tam mul-
tis populis. Qui te blasphemant inimici tui
Domine, quo blasphemant et conculcant Chri-
stum tuum.

Sed hæc hostes Euangeli contemnunt,
& sic docent de sua Ecclesia, quasi ista Eccle-
sie Christi accidere non possint, ut faciant
Christum cum sanctis Apostolis & Prophe-
tis mendacem, & seuosq; precipitent in ba-
rathrum æterne maledictionis.

Verum cum Spiritus hæc horrenda præ-
A iii dixit,

dixit simul consolatus est quod non peritura
sit Ecclesia quam etiam hactenus sub Turca
& sub Papistica tyrannide Christus sibi er-
uauit Non enim sequitur. Scribe & Pha-
risei sunt seductores Ergo totus populus est
damnatus. Episcopi & Monachi defecerunt
a fide prohibentes nubere & abstinere a ci-
bis, que est maxima Papistarum sanctitas se-
cundum doctrinas Domini nostri, Ergo tota
Ecclesia periret Nam Christus ait, Facient
signa qui incertum predicant de Christo, Ec-
ce hic ecce illic Christus, ut etiam in errorē se-
ducant electi, si fieri possit Quo uerbo in-
dicat electos non perituros, licet tantis gras-
santibus tenebris Et Apostolica uox est.
Nouit Dominus pios esse tentatores ut Lotus ē
Sodomis, erizere iniustos autem in diem iudici-
eij puniendos seruare.

Et in eodem Psalmo de quo diximus, spi-
ritus manifestissimis uerbis canit Ecclesie
Christi misericordias & ueritatem eternam,
tantum abest, ut perireas metuamus, & com-
mendat nobis sincerum Euangeliū & fidu-
ciam in Deum, contra omnes Papisticas iu-
stificationes dicens, Beatus est populus qui no-
nit iubilare

uit iubilare, Ambulabunt Domine in lumine
uultus tui. De nomine tuo exultabunt quoti= die, & iusticia tua magni erunt, Quia tu es
gloria fortitudinis eorum, & gratia tua ex= altabis cornu nostrū. Quia Dominus est scu= tum nostrum, & sanctus Israclis est Rex
noster. Præterea consolatur ecclesiam cla= rissimis istis promissionib. de Christo siue Chri= sti regno super terram, dicens, Veritas &
gratia mea cum ipso erunt, & in nomine meo
exaltabitur cornu eius. In æternum confir= mabo ei gratiam meam, & fœdus meum fir= mum erit ei Dabo ei semen in æternum,
& sedem eius firmabo donec erit cœlum.

Ncq; uero istæ sunt promissiones legis,
que habent hanc conditionem adiectam.
Si scruxuerint homines mea præcepta. Sed
sunt Euangelicæ & æternæ promissiones,
que non cadent etiam nobis cadentibus. Sunt
enim in Christo Amen, in quo Pater dilexit
nos ante constitutionem mundi, quando neq;
bonum neq; malum feceramus. Id quod Psal= mus manifeste sic dicit, Si autem derelique= rint filii eius legem meam, & in iudiciis uicis
non ambulauerint. Si statuta mea prophana=

A iiiij ocrint, &

uerint, & mandata mea non custodiderint,
Visitabo uirga peccatum earum, & uerberia
bus delictum eorum. Sed misericordiam mea
am non auertam ab eo, nec mendacem faciam
ueritatem meam. non prophanabo fædus mea
um, nec mutabo quod egressum est ex labijs me
is. Semel iuravi per sanctitatem meam, non men
tiar Dauidi. Semen eius in æternum erit, &
sedes eius coram me sicut sol. Sicut luna sta
bilicetur in æternum, & sicut testis cœlestis
erit ipse fidelis.

Ista nos consolentur post tantos errores,
& gratias agamus de reddito Euangeliō ne
posteriora fiant deteriora prioribus. Sed
uale horrendum iudicium Dei uidemus in ob
stinatos Papistas, pro quibus si ores rident, si
eis scripturam objeicias, contemnunt quasi di
cant, quid est uerbum Dei? quid prophetæ?
quid apostoli? heresis est, seductio est, diabo
lus est, ut plane uideas esse eos de quibus psal
mus canit. Dixit insipiens in corde suo, Deus
nihil est &c. Tandem uel pudore coacti,
ut infidelibus persuadent quod sibi persuade
re non possunt, clamant se esse Ecclesiam, &

Ecclesiam

Ecclesiam esse ,ut Paulus ait, columnam ueritatis.

Quibus si dicas , Ecclesiam esse columnam ueritatis, non columnam falsitatis, falsitatem autem esse doctrinas dæmoniorum fiduciam alienam , damnationem Euangeli , prohibitionem Sacramenti , prohibitionem coniugij , occisiones piorum, confugiunt cœs ad sacram anchoram, ut clament Patres , Patres, hic Deus , Christus, spiritus sanctus, tota, Trinitas, Prophetæ, & Apostoli non sunt patres, ne agnoscant Vnam Sanctam Catholiceam & Apostolicam Ecclesiam , Interim laborant ut ex patribus , quos uocant, arripiant aliquod dictum uel erroneum uel male intellectum uel non recte interpretatum uel etiam quod ipsis licet deprauare , ut hisce tenebris immensum solis Euangeli iubar possint obscurare, cum tamen ne angelo quidem ē cœlic præter Euangelium Apostolorum Euangeliæ anti credendum sit , & Patribus corum non sit data autoritas noua, aut alia docendi, sed mandatum ipsis ut uideant quomodo super edificient super unum & solum fundamentum

A P

Christum

Christum , ne damnum patientur sue doctrinae.

Quanta enim dementia est , contemnere Deum in suo uerbo & uelle credere hominibus sine Dci uerbo atq; adeo contra Dci uerbum & fidem Christiane rationem , Deum esse nihil , homines esse omnia ? An non hoc est uelle execrari ? Cainicum odium contra ueram Dci religione cogit eos omnia tentare , ut percant & multos secum trahant.

Postremo cum obijcimus eis , quod ipsorum patres , idem quod nos docuerunt , id quod confessi sunt saepc in suis scriptis , de gratia , de usu Christi , de remissione peccatorum , de reprobata iusticia humana , de Sacramentis &c. contemnunt aut dissimulant , ut uides rursum manifestam eorum impunitatem , Sine uerbo Dei loquentibus credere uolunt si ipsis commodum est quod dicitur , pro uerbo autem Dei & salute nostra loquentibus credere nolunt quia hoc incommodum ipsis uideatur.

Hic

Hic certe si pertexerint nos eadem ex
verbis Dei docentes damnare , damnabunt eti
am suos patres ut dum neq; Deum patrem
neq; ullos alios patres agnoscunt, manifestum
fiat ex qua matre sint.

Postquam igitur contra Deum & Dei
verbum depuduerunt Christi & Euangelij
civis aduersarij auferimus etiam eis illam factam
fiduciam ,qua uidelicet quasi in hominibus
confidentes clamant contra Christum, Patres
Patres ,& ostendimus in nomine Domini
quos vocant Doctores Ecclesiae candem in
Christum fidem nobiscum secundum verbum Dei
confessos,ut discant miseri hominum nullis
dotoribus credendum si alicubi contra uer-
bum ex errore dixerint.

Christus dicit , oues mee uocem mee
audirent . E Pater de Christo . Qui pro
phetam illum non audient, ego ultor existam.
Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene
complacui, ipsum audite .

Ad hanc itaque rem, nempe ut etiam hoc
eo

scu ultimum asylum Papistis auferatur,
egregiam impedit operam Clarissimus vir
et dominus . R. Barns Anglus Thcologie
Doctor et fidelis verbi minister. Is à se
diligentissime hæc Patrum dicta Ecclesie Dei
offert.

Et post scripturas propheticas et
apostolicas, dum scimus nos non super huma-
nas doctrinas, sed super fundamentum Ape-
stolorum et prophetarum ædificatos esse, ip-
sa summo angulari lapide Iesu Christo, pro-
dest ualde non solum contra aduersarios
sed etiam pro nobis habere tales Patrum sen-
tentias, quibus sexpe fidem suam confessi sunt,
et suas Ecclesias docuerunt, ut confirmetur
fides nostra, quod cum ipsis in eadem Eccle-
sia sumus, habentes eundem Deum, unum Do-
minum Christum, unum Euangeliū, eadem
Sacramenta, eandem fidem, eandem uocatio-
nem uitæ æternæ in solo Christo.

Si preterea sanctis doctoribus aliud
obiter et per errorum quandoq; incidit, me-
mineris Christum in Ecclesia ut alia pcc-
ata

cata ita ex erroribus electorum ferre, quos tandem
men reuelata uerbi Dei ueritate oportet abij-
ci. Manifestum autem hunc papistarum in
tanta luce Euangelij contemptum, crede mihi,
non feret. Peccatores certe non contempta-
res.

Sed cesso, ne te morer ab istarum
sententiarum lectione, quae
sine me tibi satis
probabuntur.

CATHA

CATALOGVS AR-
ticulorum in hoc libello.

I



Ola fides ius
stit.cat.

II

Mors
Christi satis
fecit pro om-
nibus pec-
catis non tā-
tum pro o-
riginali.

III

Precepta Dei sunt impossibi-
lia nostris viribus.

IV

Liberum arbitrium ex suis viri-
bus non potest non peccare.

V

In omni opere bono iusti pec-
cant.

VI

Quæ sit uera Ecclesia & unde
cognoscatur.

VII

Claves Ecclesiæ sunt verbum
Dei & non potestas hominis.

VIII

Concilium potest errare.

IX

Omnes tenentur communicare
sub utraq[ue] specie.

Li.

Licet sacerdotibus vxores du-	x
cere.	
Constitutiones humanæ non	xi
obligant ad peccatum.	
Confessio auricularis non est de	xii
necessitate salutis.	
Monachi non sunt laicis sanctio-	xiii
res propter cucullā aut locum.	
Ieiunium Christianorum non	xiii
est in delectu ciborum situm.	
Christiano omnis dies est sab-	xv
batum, non tantum septimus dics.	
In iusta excommunicatio Papæ	xvi
non ledit excommunicatos.	
In Sacramento altaris est verū	xvii
corpus Christi.	
De origine missæ & eius par-	xviii
mitibus.	
Sancti non sunt inuocandi pro	xix
mediatoribus.	

Sola

PRIMVS ARTICVLVS.

Sola Fides iustificat.



RBITRA^s Rom. III.

mur enim iusti-
ficari homi-
nem ex fide si-
ne operibus le-
gis.

Scientes autem Galat., II.
item quod non
iustificatur ho-

mo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Christi,
et nos in Christo Iesu credimus, ut iusti-
ficemur ex fide Christi, et non ex operibus
legis.

Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, Ibidem III.
iij sunt filii Abrahæ.

Conclusit scriptura omnia sub peccato, Ibidem III.
ut promissio ex fide Iesu Christi daretur cre-
dentibus.

Gratia estis saluati per fidem, et hoc Ephes. II.
non ex uobis, Dei enim donum est, non ex
operibus, ne quis gloriatur.

Nihil disseruit inter nos et illos, fide Act. XV.
purificans corda illorum.

B

Creditus

PRIMVS ARTICVLVS,

Gene. XXV.

Rom. IIII.

Creditit Abraham deo , & imputatam est illi ad iusticiam . Ei autem qui operatur merces non imputatur secundum gratiam , sed secundum debitum , Ei uero , qui non operatur , credenti autem in eum qui iustificat impium , reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiae .

Gala. 2, Si per legem iusticia , ergo gratia Christus mortuus est .

Orige. ad Rom. Lib. III Cap. II

Vbi gloriatio tua ? Dicit sufficere solius fidei iustificationem ita ut credens quis tantummodo iustificetur etiam si nihil operis ab eo fuerit expletum . Per fidem enim iustificatus est latro sine operibus legis , quia super hoc dominus non requisuit quid prius operatus fuerit , nec expectauit quid operis cum credidisset exploraret , sed sola confessione iustificatum , comitemque sibi paradisum ingressus assupfit . Sed et mulier illa . que in Euangelio secundum Lu. 7. refertur , que ad pedes Iesu audiuit , Remittuntur tibi peccata tua , Et iterum , Fides tua te saluam fecit . Sed et in multis Euangely locis hoc sermone usum legimus salvatorem , ut credentis causam dicat esse

salutis

Exemplum egregium quod sola fides iustificat , etiam sine indulgentijs papalibus .

SOLA FIDES IVSTIF.

salutis eius, Igitur iustificatur homo per fidem, cui ad iusticiam nihil conferunt opera legis. Vbi uero fides non est, quæ credentem iustificat, etiamsi opera quis habeat ex lege, tamen quia non sunt ædificata super fundatum fidei, quamvis uidcantur esse bona, operatorem suum iustificare non possunt. Sequitur. Sola igitur iusti gloriatio est in fide crucis Christi,

Quomodo placet uobis Sola?

Ambro. ad Rom. Cap. III.

Iustificati gratis per gratiam ipsius. Iustificati sunt gratis, quia nihil operantes, neque uicē reddentes SOLA fide Iustificati sunt dono dei.

Idem Rom. III

Secundum propositum gratiæ dei. Sic decretum dicit a deo ut cessante lege SOLAM fidē gratia dei posceret ad salutem. Hoc ipsum munit exemplo prophetæ, Beatitudinē hominis Ambrosius dicit dicit cui deus acceptam fert iusticiam sine sine operibus. operibus. Beatos dicit, de quibus hoc sanxit de Sola fides us, ut sine labore, & aliqua obscuratione, SOLA fide iustificantur apud deum.

B ij

Hila.

ART. PRIM.

Hilarius Mat. Cano. viij.

Remittuntur tibi peccata tua. Mone
scribas remissum ab homine peccatum, homi
nem enim tantum in Christo Iesu contueban-
tur, ex remissum ab eo, quod Lex laxare non
poterat. Fides enim SOLA iustificat.

Et hic dicit so-
lam fidem iusti-
ficare.

Ambrosius Rom. viij.

Conuenit enim ut in solo nomine Domini
conditoris consequatur salutem creatura, hoc
est, per fidem quia sublatis omnibus naomenijs, et
Sabbato, et circumcisione, et lege escarum,
et oblationibus pecorum, SOLA fides posita
est ad salutem.

Sola fides.

Ambrosius ad Rom. iiiij.

Iste est ter qua-
terq; haereticus, Beati quorum &c. Manifeste beati
sunt, quibus sine labore, uel opere aliquo re-
qui dicit, opera mittuntur iniquitates, et peccata teguntur,
pœnitentiæ non nulla ab his requisita pœnitentiæ opera, nisi
requiri ad iustifi- TANTVM ut credant,
cationem, sed
tantum fidem.

Athanasius

SOLA FIDES IVSTIF.

Athanasius ad Gal. ij.

Quoniam in lege nemo iustificatur etc.
Nunc plane demonstrat fidem ipsam uel SOLA iustificandi in se habere uirtutem, & Habacuc dicentem inducit. Quia ex fide non *Sola fides.* ex lege uicturus est iustus. Lex namq; non solum exigit fidem, sed opera. Recte autem apud Deum dixit, nam apud homines iusti forte credentur, qui legi inhæserunt

Ambrosius I. Corin. primo.

Super gratia Dei quæ data est uobis in Christo Iesu. Datam dicit gratiam a Deo in Christo Iesu, quæ gratia sic data est in Christo Iesu, quia hoc constitutum est a Deo, ut qui credit in Christum, saluus sit sine opere, SOLA fide gratis accipiens remissionem peccatorum. *Sola fides.*

Ambrosius ad Gal. ij.

Non sum ingratus gratiæ Dei. Hic non est ingratus Christo, qui in fide eius perdurat,
B ij sciens

ARTIC. PRIMVS.

Sciens nullius se habere beneficium nisi huius.

Ambrosius ad Gala. iij.

In uobis crucifixus est. Ideo hi non putabant plenam salutem esse in Christo, quia legem illi equabant.

Ambrosius ad Gal. I.

Lex nobis peccantibus conuersa est ut fieret inimica, et capit occidere, non uiuificare. Christus autem donum delicta, non solum uiuificauit nos, sed et sibi sociauit ut filii Dei uocemur, facti per fidem.

Ambrosius ad Roma. xvi.

Falsi fratres hi erant, qui credentes in Christum, legem tamen seruandam dicebant, non sufficere ad plenum salutis effectum Christum putantes.

Ambrosius ad Roma. I.

Misericordia Dei ad hoc data est, ut lex cessaret,

SOLA FIDES IVSTIF.

cesserat, quod s̄epe iam dixi, quia Deus cō-
sulens infirmitati humanae SOLA Fide aditā
legi naturali hominum genus saluari de-
cruīt.

Ambroſius ad Roma. x.

Hoc est uerbum fidei quod prædica.
Nullum opus dicit legis, sed SOLAM fidem
dandam in causa Christi.

Ibidem.

Finis legis Christus &c. Hoc dicit quia
perfectionem legis habet, qui credit in Chri-
stum. Cum enim nullus iustificaretur ex lege,
quia nemo implebat legem nisi qui spera-
ret in promissō Christo, Fides posita est quæ
crederet perfectionem legis, ut omnibus præ-
ter missis fides satisfaceret pro tota lege &
Prophetis.

Ambroſius ad Roma. iii.

Iustificans eum qui est ex fide, Recte
B iiiij ait,

ART. PRIM.

uit, ut quia sit iustus, dedit quod promisit, hoc autem promisit iustificare se credentes in Christo. Iustus autem ex fide uiuit, ut dum Dei fidem habet, et Christi, sit iustus.

Ambrosius ad Rom. iij.

Quoniamquidem unus Deus et cetera. Quia enim omnium unus est Deus, ideo una ratione omnes iustificauit. Quid ergo prodest carnis Circumcisio, aut quid obest præputium, quando dignitatem et meritum non facit nisi fides?

Ambrosius ad Rom. iij.

Credidit Abraam Deo et cetera. Manifestavit non ideo Abraam gloriam apud Deum habere, quia circumcisus est, aut quia abstinuit a peccato, sed quia Deo credidit, hinc et iustificatus est.

Ambrosius ad Rom. iij.

Credenti autem in eum et cetera. Quomodo ergo

SOLA FIDES IVSTIF.

do ergo Iudei per opera legis iustificari se
putant iustificatione Abrae, cum uideant
Abraam non ex operibus legis, sed SOLA fide
iustificatum? Non ergo opus est Lege, quan-
do impius per S O L A M fidem iustificatur
apud Deum.

Augustinus de Spiritu & Litera,
Cap. XII.

His igitur consideratis pertractatisq; Nihil conductic
pro uiribus, quas Dominus donare dignatur, ad iustificatio-
colligimus non iustificari hominem preceptis nem nisi fides.
bonae uite, nisi per fidem Iesu Christi, hoc est,
non lege operum, sed lege fidei, non litera,
sed spiritu, non factorum meritis, sed gratuita
gratia.

Augustinus Lib. lxxxij, que.
Cap. LVI.

Cum enim commemorat Iacobus bona Ad bonos maxi-
opera Abraham, que eius fidem comitata sunt, me pertinet be-
satis ostendit Paulum Apostolum non ita per ne operari, fru-
Abraham docere iustificari hominem sine ope tuus bonus non
ribus per fidem, ut si quis crediderit non ad facit arborem

B Y cum bonam, sed con-
tula.

PRIMVS ARTICVL.

cum pertineat bene operari , sed ad hec potius ut nemo meritis priorum bonorum operum arbitretur se peruenire ad donum iustificatio-
nis , quæ est in fide . In hoc enim sc gentibus in Christum credentibus Iudei præferre cupie-
bant , quod dicebant sc meritis bonorum , quæ in lege sunt , ad Euangelicam gratiam per-
uenisse , ideoque scandalizabantur multi , qui ex eis crediderant , quod in circumcisis genti-
bus Christi gratia traderetur . Vnde Aposto-
lus Paulus dicit posse hominem sine operibus præcedentibus iustificari per fidem . Nam iu-
stificati per fidem quomodo possunt nisi iuste
operari quamvis ante nihil operatus iuste , ad
fidei iusticiam peruerterit , non merito bono-
rum operum , sed gratia dei , quæ in illo iam
vacua esse non potest , cum iam per dilectio-
nem bene operatur .

Quod si cum crediderit mox de hac uita
discesserit , iustificatio fidei manet cum illo ,
nec præcedentibus bonis operibus , quia non me-
rito ad illam , sed gratia peruerit .

Nec consequentibus quia in hac uita esse
non finitur .

Quamobrem , non sunt sibi contrarie due
Apostolorum

SOLA FIDES IVSTI.

Apostolorum sententiae Pauli & Iocobi , cum dicit, unus iustificari hominem per fidem sine operibus, & alius dicit inanem esse fidem sine operibus. Quia ille dicit de operibus quae fidem precedunt, iste de his, quae fidem sequuntur.

Athana. ad Rom.

Duplex namq; est fides nostra , altera iustificans, ut illud, fides tua te saluum fecit, Altera speciale dei donum est , qua fiunt mirande , ut illud . Si habueritis fidem , ut &c.

Ita nec opera præcedentia nec sequentia iustificant, quia sequuntur iusticiam & sunt effectus non causa iusticie.

Grego. in Ezech. lib. I. Hom. VII.

Iustus igitur aduocatus noster iustos nos defendit in iudicio , quia & nos ipsos cognoscimus & accusamus iniustos . Non ergo in factibus, non in actibus nostris , sed in aduocate nostri allegatione confidamus.

Aug. in Prolo. Psal. XXXI.

Ea enim ipsa opera, quae dicuntur ante fidem, quamvis videantur hominibus laudabilia, cium de uestris iniuria

ART. PRIM.

*bonis operibus,
quibus uultis me
reri de congruo
gratiam.*

*Quicquid non
est ex fide, pcc=
catum est,*

*inania sunt. Ita mibi uidentur esse ut magna
uires & cursus celerrimus præter uiam. Ne=
mo ergo computet bona opera sua ante fi=
dem. Vbi fides non erat, bonum opus non erat.
Bonum opus intentio facit, intentionem fides
dirigit.*

Augustinns Lib. L. Hom.. xvii.

*Istam fidem uos
nos babetis.*

*Nunqu id istis
operibus de con=
gruo merebatur
gratiam? & ta=
men uixit in le=
ge, sine querela?*

*Quæ est plena & perfecta fides? quæ
credit ex Dco omnia bona nostra esse, & ip=
sam fidem. Iterum dicit Apostolus, misericordiæ
consecutus sum. O confessio. Nō ait, Misericor=
diæ cōsecutus sum, quia fidelis eram, sed ut fi=
delis essem. Veniamus ad cius primordia, ui=
deamus Saulum seuientem, spectemus furen=
tem, spectemus odia anhelantem, sanguinemq;
sufficientem. hæc Pauli uita erat, cuius uia non=
dum erat Christus. Quid habebat in cor=
de? quid? nisi malum? Date mihi merita
cius, si merita queris, damnationis sunt non
liberationis.*

Bernardus super Cantica ser. lxvij.

Ego

SOLA FIDES IVSTIF.

Ego dilecto mco &c. Cur ita? nem⁹
pe, ut tunc magis gratia plenam se probet,
cum totum gratiæ dederit, & primas scilicet
illi partes ascribens, & ultimas. Alioqui quo= Cant. II.
modo gratia plena, si quid habuerit quod non
sit ex gratia? Non est quo gratia intret
tam ubi meritum occupauit, Ergo iam plena
confessio gratiæ, ipsius gratiæ plenitudinem
signat in anima confitentis. Nam si quid
de proprio inest, in quantum est, gratiam illi
cedere necesse est.

Deest gratia, qnicquid meritis depu= Bern. tri-
tas. Nolo meritum quod gratiam excludat,
horreto quicquid de mco est, ut sim meus, nisi
quod illud magis forsitan mecum est, quod me
meum facit. Gratia reddit me mihi iustifica= ultimas graciz.
tum gratis, & sic liberatum a seruitute pec= detestatur
cati. Et post pauca. Desponsavi te mihi in sua bona opera.
fide, desponsavi te mihi in iudicio & iusticia,
desponsavi te mihi in misericordia & misera= opera.
tionibus. Nec tu me elegisti, sed ego elegi
te. Nec ut te eligerem tua inueni merita,
sed præueni.

Ita

PRIMVS ARTICVLVS,

Quomodo plas-
cet non in ope-
ribus.

Ita ergo in fide despensaui te mihi
et non in operibus legis, Desponsauit te in
iusticia, sed iusticia, quæ est ex fide, non ex
lege.

Restat ut iudices iudicium rectum
inter me et te, iuditium in quo te despensaui,
ubi constat interuenisse non tuum meritum sed
meum placitum. Hoc est autem iuditium
ut tua merita non extollas, non præferas ope-
ra legis, non iactes pondus dici et aestus, que
magis in fide et in iusticia quæ est ex fide nos-
ceris desponsata. Quæ uere sponsa est, ag-
noscit ista.

Eras. in para. ad Rom. III.

Defertur et gentibus salus ac iustis-
cia, At per quam tandem legem? Num
ueterem illam mosaiam quæ ceremonias pre-
scribit? Nequaquam, imo per nouam legem
quæ nihil exigit nisi fidem.

Orbellus III. Senten. Dist. II
Quest I.

Homo

SOLA FIDES IVSTIFI.

Homini facto inimico dei per culpam
disposuit deus non remittere illam nec dare
aliquid adiutorium ad beatitudinem, nisi per
aliquid oblatum sibi magis gratum, quam illa
offensa erat dispergens, Sed bona opera non
sunt magis grata deo quam peccatum est disper-
gens, ergo nec iustificant, nec aliquid adiu-
torium prestant ad iustitiam.

Maior est Scotti, minor sic proba-
tur. Si bona opera magis deo placent quam
peccatum displiceat, tunc unum bonum opus
placaret patrem pro totius mundi peccatis,
ergo frustra mortuus est Christus.

II

Mors Christi satisfecit
pro omnibus pecca-
tis non tantum
pro originali



SECUNDVS ART.

I. Iohan. II.



I QVIS
peccauerit, ad
uocatum habe
mus apud Pa=
trem Iesum
Christum iu=
sum, et ipse est
propitiatio pro
peccatis no=

stris, non pro nostris aut in canum, sed etiam
pro totius mundi.

Rom. V.

Non sicut per unum peccatum, ita &
donum. Nam iuditium ex uno in condem=
nationem, gratia autem ex multis delictis in
iustificationem.

Ibidem.

Si enim in unius delicto mors regnauit
per unum, multo magis abundantiam gratiae,
& donationis, & iustitiae accipientes, in vita
regnabunt per unum Iesum Christum.

Ibidem,

Lex subintravit, ut abundaret delictum.
Vbi autem abundauit delictum, superabun=
dauit & gratia.

Augustinus ad Hilar. epist. lxxxix.

Quid

MORS CHRISTI SATISFECIT.

Quid est enim ex uno delicto in considerationem? nisi illo delicto quo deliquit Adam. Et quid est ex multis delictis in iustificationem, nisi quia Christi gratia non solum illud delictum soluit, quo obstringuntur infantes, ex illo uno homine procreati sed etiam multa delicta, que cum creuerint homines adduunt malis moribus suis.

Ergo Christus non tantum meruit it nobis primam gratiam, ut secundus somniat.

Idem ad Darda. Cap. xiiij.

Quid est autem mortis aculeus, nisi peccatum? Propter quod nunc etiam renata ex aqua & spiritu, omnibusque peccatis siue originis in Adam, in quo omnes peccauerunt, siue factorum, siue dictorum, cogitationum nostrarum, in illius lauacri mundatione, delictis, tamen quia manemus in hac uita humana, que tentatio est super terram merito dicimus, Dimitte nobis debita. Tunc utique perficietur in re, ubi nunc perficiendi ambulatur in spe.

II.

C Præcepta

ARTICVLVS TERTIVS.

Præcepta dei sunt impossibili
nobilis nobis ex nostris
uiribus.

Bernardus tracta. de diligendo Deo.



RO INDE
incexcusabilis
est omnis eti-
am infidelis, si
non diligit do-
minus deum
suum toto cor-
de, tota anima,
tota uirtute

Primum precep suis scilicet quempiam liberiue arbitrij uiribus
tum est nobis im semel accepta a deo ad dei ex toto conuerte-
possibile. re uoluntatem, & non magis ad propriam
retorquere, eaque sibi tanquam propria re-
tinere, sicut scriptum est. Omnes que sua
sunt querunt, & item, Proni sunt sensus &
cogitationes hominis in malum. Contra quod
plane fideles norunt quam omnino necessari-
um

DE PRAECEPTA DEI

um habent Iesum & hunc crucifixum , dum admirantes & amplexantes super eminentem scientie charitatem in ipso , id uel tantillum quod sunt in tantæ dilectionis & dignitatis uicem non rependere confunduntur .

Augustinus super Iohannem
trac. Lxxxij

Non ergo ut nos diligat , prius eius ubi sunt , ergo præcepta seruamus , sed nisi nos diligat , pre opera superrogationis quæ monachi somniant cum preceptis non seruantur

Ex concil. Meletano. Cap. vlt.

Placuit ut quecumque dixerit nobis ideo graciā iustificationis dari , ut quod facere per liberum arbitrium iubemur , facilius possumus implere per gratiam , tanquam si gratia non daretur , non quedam facile , sed tamen possumus etiam sine illa implere mandata diuina , anathema sit .

Augustinus de Tem. Ser. Lxiij

Si homo quid sibi impossibile , aut auctoritate auditis ne impium possibilis .
C ij

ARTICVLVS TERTIVS.

duum in mandatorum effectibus experitur,
non in se remaneat, sed ad adiuuantem recu-
rat qui ideo præceptum dat, ut excitetur desi-
derium, et præstet auxilium.

Idem de templo ser. xl ix.

Hoc ergo dicit legem implere, hoc est
non concupiscere, Quis ergo hoc qui ui-
uit potest? Aduuat nos Psalmus qui modo
Respondete ad cantatus est, Exaudi me domine in tua iusti-
Augustinum si cia, hoc est non in mea.
hoc præstatis.

Augustinus de lib. arbi. Cap. xvi.

Nonne agnoscit
tis uerba uestra?
Nonne hoc est
argumentum uc-
strum? et tamē
iniusum est uobis
nomen Pelagia-
norū sed nō res.
Eccl. XXII.

Magnum aliquid Palagiani se scire pu-
tant, quando dicunt. Non iuberet deus quod
sciret ab homine non posse fieri. Quis hoc
nesciat? sed ideo iubet aliqua, quæ non possu-
mus, ut nouerimus quid ab illo petere debea-
mus, ipsa est enim fides, quæ orando impe-
rat. Deniq; ipse qui dixit. Si uolueris conser-
uabis mandata, in eodem libro aliquanto post
dicit. Quis dabit in ore meo custodiam? et c.
Certum est nos mandata seruare si uolumus,
sed

DE PECCATA DEI

sed quia preparatur uoluntas à domino , ab Ecce unde uolun-
tate petendum est , ut tantum uelimus , quantum tas seruandi mā
sufficit , ut uolendo faciamus . Certum est nos data.
uelle , cum uolumus , sed ille facit ut ueli-
mus bonum , de quo dictum est . A domino Velle uirtus est
gressus hominis dirigentur . Et deus est qui naturæ , sed bonū
operatur in nobis uelle & operari . Certum uelle est dei do-
cere nos facere cum facimus præbendo uires nūm . Psal.
efficacissimas uoluntati .

XXXVI .
Pbilipl. II.

August. de lib. Arbi. Cap. xviiiij.

Cur dictum est diligamus iniiciem , I Iobæ. IIII.
quia dilectio ex dco est , nisi quia precepto
admonitum est lib. arbi. ut quereret dei do-
num , Quod quidem sine suo fructu admoneat Sine gratia fru-
retur , nisi prius acciperet aliquid dilectionis , stra conamur
ut addi sibi quereret , & unde quod iubere = implere manda-
tur impleret . Cum dicitur , Diligamus ini- ta dei
cem Lex est , cum dicitur , Quia dilectio ex
dco est , gratia est .

Bern. super Canti. Ser. L.

Quomodo ergo iubenda fuit (loquitur
C iij precepto

ARTICVLVS TERT.

Nemo implet
præceptum cha-
ritatis in hac
uita.
Philip. III.

Scotus dicit
quod non tene-
mur seruare mā-
data Dei ex cha-
ritate. Distinct.
xxviii. secund
dum sen.

de præcepto charitatis) quæ implenda nut-
lo modo erat? Aut si placet tibi magis de
affectuali datum fuisse mandatum, non inde
contendo, dummodo asquiescas & tu mihi,
quod minime in uita ista ab aliquo hominum
possit uel potuerit adimpleri. Quis enim id
arrogare sibi audet, quod se Paulus ipse fate-
tur non apprehendisse? Nec latuit præcep-
torem præcepti pondus, hominum excedere
uires, sed iudicauit utile, ex hoc ipso sue illos
insufficiente admoneri, & ut scirent sanc-
ad quem iustitiae finem, niti pro viribus opora-
teret, Ergo mandando impossibilia, non
prævaricatores homines fecit, sed humiles, ut
omne os obstruatur, et subditus fiat omnis mun-
dus Deo. Accipientes quippe mandatum, et sen-
tientes defectum, clamabimus in cœlum, &
miserebitur nostri Deus, & sciimus in illa
dic, quia non ex operibus iustitiae quæ fecimus
nos, sed secundum suam misericordiam sal-
uos nos fecit.

Hieronimus.

Anathema

DE PRAECEPTO DEI

Anathema esto, qui dixerit Deum impossibilia præcepisse, Idem se exponit in dialogis aduersus Pelagianos, possibilia esse per gratiam, impossibilia viribus naturæ, sicut & Paulus ait. Omnia possum in eo, qui me confortat. Et alibi. Non sumus idonci ex nobis ali quid cogitare &c.

Istam auctoritatem soletis plenariis buccis ostendere.

August. de Spiritu & Litera.

Proinde hoc primum præceptum iustitiae, quo iubemur diligere Dominum ex toto corde & ex tota anima, ex tota mente, cui est de proximo diligendo alterum consequens, in illa uita implebimus, ubi uidebimus facie ad faciem. Sed ideo nobis hoc etiam nunc præceptum est, ut admonicremur, quid fidei exposcere, quo spem præmittere, & obliuiscenda que retro sunt, in que anteriora extenderemus debeamus. At per hoc, quantum mihi uidetur in ea que perficienda est iustitia, multum in hac uita ille proficit, qui quam longe sit a perfectione iustitiae proficiendo cognoscit.

Bona. ii. Sens.
dist. xxviii. Hoc
præceptum obli-
gat ad actum eli-
citum, non tan-
tum prohibet op-
positum.

Idem lib. I. retrah. ca. xix.

C iiiij

Omnia

ARTIC. QVART.

Omnia mandata Dei implentur, quando quicquid non sit ignoscitur.

III.

Liberum arbitrium ex suis viribus
non posse non peccare.

Matth. xij



ROGENIES
uipearum, quo-
modo potestis bo-
na loqui, cum sitis
mali?

Nunquid col-
ligunt de spinis u-
ras? aut de tribu-
lis ficus? Non potest arbor bona fructus ma-
los facere, neq; arbor mala fructus bonos fa-
cere.

Iohannis xv.

Ecce ut lib. arb.
disponit se ad
gratiam. Primo
ejectur foras,

Qui manet in me & ego in eo, hic fert
fructum multum, Quia sine me nihil potestis
facere. Si quis in me non manescit mittetur
foras, sicut palmes, & arescit, & clligent
eum,

DE LBI. RABIT.

eum, & in ignem mittent, & ardet. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quod quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. ij. Corin iiiij.

Deus est qui operatur in nobis, & uelle & perficere.

iiij. a crescit, iij. col ligitur, iiiij. in ignem mittitur, v. nihil potest nisi ardere. Est hoc se disponere ad gratiam?

Marcii viij.

Ab intus enim de corde hominum mala cogitationes procedunt, adulteria, fornicatio-
nes, homicidia, furtæ, auaritiae, nequitiae, im-
puditiae, oculus malus, blasphemiae, superbia,
stultitia, omnia hæc mala ab intus procedunt,
& coinquiant hominem.

Isti sunt boni co-
nati nostri, bo-
nae intentiones,
qui bus de con-
gruo meremur
gratiam, scilicet.

Roman. viij.

Sapientia carnis inimica est Deo, legi
enim Dei non esse subiecta, nec potest, Qui
enim in carne sunt, Deo placere non possunt, Si testimonium
Si quis spiritum Christi non habet, hic non est est ex spiritu
eius, ipse enim spiritus testimonium reddet spiri Dei, ergo non ex
ritui nostro, quod sumus filii Dei. spiritu nostro.

Magist. sen. lib. ij. dist. xxv.

Liberum uidetur dici arbitrium, quia
C p sine

ARTIC. QVART.

sine coactione & necessitate ualeat appetere,
uel eligere quod ex ratione decreuit.

Idem ibidem uerba Augustini
sunt in Enchirid.

Ista libertas ad beneficiendum nuna-
quam erit homini addicto & uendito sub pec-
cato, nisi cum redimat qui dicit, Si filius uos
liberauerit? Quod antequam fieri in ho-
mme incipiat, quomodo quisquam de lib. arb.
gloriatur, qui nondum est liber ad opera-
dum bene? Ecce aperte ostendit lib. arb.
per gratiam liberari, ut per illud bene opere-
tur, hæc ille.

Maxen. lib. contra Pelagi.

Nobis sermo est
de his que perti-
nent ad uitam
eternam.

Liberum autem naturale arbitrium ad
nihil aliud ualere credimus, nisi ad discer-
nenda tantum & desideranda carnalia, siue
secularia, que non apud Deum, sed apud ho-
mines fortassis possunt uideti gloriofa. Ad
ea uero, que ad uitam eternam pertinent,
nec cogitare, nec uelle, nec desiderare, nec
perficere

DE LIB. ARBIT.

perficere posse, nisi per infusionem, & in operationem intrinsecus Spiritus sancti, qui est spiritus Christi. Spiritum enim Christi qui non habet, hic non est eius.

August. de uerbis Apost. ser. xiiij.

Si spiritu actiones carnis mortificares
ritis, uiuetis, Dicturus eras, hoc potest uoluntas Roma. viij.
mea, hoc potest lib. arb. meum.

Quae uoluntas? quod lib. arb.? Nisi ille regat, cadis, nisi erigat iaceas. Quomodo ergo spiritu tuo cum audis Apostolum.

Quotquot spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei? Tu te uis agere a te ipso? uis agi ad actionis carnis moriificandas? Quid prodest tibi? Quia non eris Epicurus, sed eris Stoicus? siue Epicurus eris, siue Stoicus eris, inter filios Dei non eris. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei, Non qui secundum carnem uiuunt suam, non qui secundum spiritum uiuunt suum, non qui aguntur spiritu suo, sed quotquot spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei.

Dicet

ARTICVLVS Q VAR.

Dicet mihi aliquis, Ergo agimur et non agimus. Respondeo, imo et agis et non ages, sed tunc bene agis, si a bono spiritu agaris. Et sequitur, Prorsus si defuerit spiritus Dei, nihil boni agere poteris, Agis quidem illo non adiuuante, libera uoluntate, sed male.

Ad hoc idonea est uoluntas tua, que uocatur libera, et male agendo fit damnabilis ancilla. Cum dico, sine adiutorio Dei nihil agis, nihil boni dico, nam ad male agendum habes sine adiutorio Dei, liberam uoluntatem, quamquam illa non est libera. Sequitur, Sic tamen scitote uos agere bona, ut sit rector spiritus adiutor, qui si defuerit, nihil boni omnino agere ualebit.

Augustinus con. ii. Epist. Pe-
ligi. ad Bonifa.

Dicunt Pelagiani se confiteri gratiam, adiuuare uniuscuiusq; propositum bonum, non tamen studiū uirtutis immittere reluctanti. Hoc quippe ita dicunt, uelut homo a se ipso sine adiutorio Dei, habeat propositum bonum, studiumq; uirtutis, quo merito precedente, dignus sit

DE LIB A.RBIT.

nus sit adiuuari Dei gratia subsequente,

Augustinus de prædestinatione
Sanctorum Cap. viij.

Hæc itaq; gratia, quæ occulte humanis
cordibus diuina largitate tribuitur, a nullo
duro corde respuitur. Idco quippe tribui-
tur, ut cordis duritia penitus auferatur.
Quando ergo pater intus auditur, et docet ut
ueniatur ad filium, aufert cor lapideum, & Gratia inuenit
dat cor carneum. Sic quippe facit filios pro-
missionis & uasa misericordie, quæ præpa-
rauit in gloriam. Cur ergo non omnes do-
cet, ut ueniant ad Christum, nisi quia omnes
quos docet misericordia docet? Quos autem
non docet, iuditio non docet.

Augustinus contra Pelagi. & Ces-
lesti. de gratia. Cap. xiiij.

Si enim (sicut ueritas loquitur) omnis
qui didicit uenit, quisquis non uenit, profecto
non didicit. Quis autem non uideat, & ueni-
re quenquam, aut non uenire arbitrio uolu-
tatis;

ARTICVLVS Q VART.

Volentes impii manent in peccatis, & nec aliud possunt, quia servi sunt peccati. tatis? Sed hoc potest esse solum, si non uenit, non autem potest nisi adiutum esse si uenit, & sic adiutum, ut non solum quid facendum sit, sciat, sed quod scierit, etiam facit. Ac per hoc, quando Deus docet, non per legis literam, sed per spiritus gratiam, ita docet, ut quod quisq; didicerit, non tantum cognoscendo uideat, sed etiam uolendo appetat, agendoq; perficiat.

August. de uerb. Apost. ser. xv.

O malum lib. arbi. sine Deo. Expertus Nonne egregia ti sumus quid ualeat sine Deo, ideo misericordia nostra facti sumus, quia sine Deo quid ualeat, expertos tantum facti sumus, Et potest pauca. Ecce, bonus factus est homo, & per lib. arb. factus est homo malus, Quando facturus est bonum hominem malus homo per lib. arbi: seruare se non potuit bonus bonum ,& facturus est se Hoc experti sumus malus bonum? Cum esset bonus, non sumus omnes non scruauit bonum, & cum sit malus, dicet, factus est nostro magno me bonum, no malo.

August. in Enchiri. ca. xxix.

Quid

DE LIBERO ARBITRIO.

Quid enim boni operari potest perditus,
nisi quantum fuerit a perditione liberatus?
Nunquid lib. uoluntatis arb. Et hoc absit. Nā
lib. arb. male utens homo, & se perdidit & ip
sum. Sicut enim qui se occidit, utiq; uiuendo Egregium ex
se occidit sed se occidēdo nō uiuit, nec se ipsū emplum omni
potest resuscitare cum occiderit. Ita cū libero bus perspicuum.
peccamus arbitrio uictore peccato, amissum
est & liberum arbitrium. A quo enim quis de
uictus est, huic & seruus addictus est, Petri II. Pet. II.
certe Apostoli est ista sententia, Quæ cum
uerat, qualis quæso potest serui addicti esse
libertas, nisi quando cum peccare delectat?

Augustinus ad Vitalem Epist. c. viij.

Quapropter, ut in deum credamus
& pie uiuamus non uolentis, neq; currentis, Nos sumus ua
sed miscentis est dei, non quia uelle, & cur lentes, sed deus
rere non debemus, sed quia ipse in nobis & est qui dat ut bo
uelle operatur & currere.

hoc est deus per
nos uult bonum.

Augustinus lib. i. Retra. Cap. I

Nam quantum ad hominis naturam
nihil

ART. Q VART.

Cogitationes quæ nihil est in eo melius, quam mens & ratio.
sunt a ratione et sed non secundū ipsam debet uiuere, qui beate
mente dānnat mult uiuere, alicui secundum hominem uiuit,
Augustinus. cum secundum Deum uiuendum sit, ut possit
ad beatitudinem peruenire, propter quam con-
sequendam, non se ipsa debet esse contenta,
sed Deo mens nostra subdenda est.

Ambrosius ad Pimeria. Epist. ulti.

Siquidem nihil recte faciet homo, nisi
quod uolens, egerit, sed ut ad id quod aequum
& utile est, animi tendat intentio, de illius
æternæ & imutabilis uoluntatis Dei inspi-
ratione, concipitur.

Augustinus contra Pelagia. ad Bo-
nifa. Lib. I. Cap. xxxviiij.

Ex Dei potentia uel in malum uel in
bonum nullus iniuitus cogitur, sed Deo defen-
rente pro meritis in malum iuit, ex Deo ad
iuuante sine meritis, conuertitur ad bonum,
non enim homo bonus si nolit, sed gratia Dei
eiiam ad hoc adiuuatur ut uelit, ut scriptum
est,

DE LIBERO ARBITRIO.

est. Deus est qui operatur in nobis & uelle
et c. Vnde est quod
bonum uelimur.
Phil. ii.

Bern. de libero arbitrio.

Quid igitur? Hoc ergo totum lib. arb.
opus? hoc solum est eius meritum quod con-
sentit? Est prorsus, non quidem quod uel ipse
consensus in quo omne meritum consistit, ab
ipso deo non sit, cum nec cogitare (quod mi- Quid ergo boni
nus est quam consentire) aliquid a nobis qua relinquitur lib.
si ex nobis sufficientes sumus. Verba no[n] sunt arbi. ex suis re-
mea, sed Apostoli, quia omne quod boni esse ribus?
potest, id est cogitare, et uelle, et perfice-
re pro bona uoluntate, attribuit dco, non
suo arbitrio,

Orbel. lib. ii. sent. Dist.

xxviii Quæst. I.

Liberum arbitrium non potest se dispo-
nere ad gratiam gratum facientem, nisi per
aliquam specialem motionem factam per se
immediate, uel mediante aliqua creatura.

D

Bern.

ARTICVLVS QVARTVS.

Bernardus de libero arbitrio.

In eandem imaginem trasformemur,
tanquam à spiritu domini &c. Ergo si a domini spiritu, iam non à libero arbitrio. Ne-
mo proinde putet ideo dictum liberū arbitrii
quod aqua inter bonum & malum potestate,
aut facultate ueretur, cum cadere per se qui-
dem potuerit, non autem resurgere, nisi per
spiritum dei. Alioqui nec deus, nec angelis san-
cti, cum ita sint boni, ut non possint esse mali,
Nec præuaricatores itē angelii, cū ita sint ma-
li ut non uellent esse boni, liberi arbitrii
esse dicuntur. Sed & nos illud post resurrec-
tionem amissuri sumus, quando utique separa-
biliter ali⁹ bonis, ali⁹ malis, admixti fuerimus.
Cæterum nec deus caret libero arbitrio, nec
diabolus, quoniam quod ille non esse potest
malus, non infirma facit necessitas, sed firma
in bono uoluntas, & uoluntaria firmitas.
Quodq; diabolus non ualeat in bonum respi-
rare, non aliqua facit violenta oppressio, sed
sua ipsius in malo obstinata uoluntas, ac uo-
luntaria obstinatio. Nunc igitur ex eo potius
liberum arbitrium dicitur, quod siue in bono,
siue in

Voluntatis ne-
cessitas immuta-
bilitatis, non co-
actionis. nonne
hæc legistis a-
apud Scot. iij. sen-
tentia?

DE LIB ARBIT.

Sive in malo , & que liberam facit uoluntatem , cum nec bonus quispiam , nec item malus dici debeat , aut esse ualeat , nisi uolens . Tali iam ratione non incongrue dicitur , ad bonum se & ad malum habere & qualiter , quod utrobiq; uidelicet parsit ei , non quidem in electione facilitas , sed in uoluntate libertas .

Libertas arbitrii non est ut trij Magist. sentent. ait Vis uolūtatis libera applican di ad bonum , uel auertendi a ma lo . Sed est liber

tas lib. arb. quod uolens uult quic quid uult , & nō coactus.

Bernar. in Can. Ser. LXXXI

Solus homo a natura uim non patitur , & idco solus inter animantia. liber. Et coactus . tamen interueniente peccato , patitur quamdam uim & ipse , sed a uoluntate , non a natura , ut ne sic quidem ingenita libertate praeiactetur . Quod enim uoluntarium , & liberū. Et quidem peccato factum est , ut corpus quod corruptitur aggrauet animam , sed amore , non mole . Nam quod surgere animam per se iam non potest , que per se cadere potuit , uoluntas in causa est , que corrupti corporis , uiciato ac uicioso amore languescens & iacens , amorem pariter iusticie non admittit . Ita nescio quo prauo & miro modo ipsa sibi

Dij uoluntas

ARTICVLVS Q_VARTVS.

uoluntas (peccato quidem in deterius mutato) necessitatem facit, ut nec uoluntas (cum voluntaria sit) excusare ualeat uoluntatem, nec uoluntas (cum sit illecta) excludere necessitatem. Est enim necessitas hæc quodam modo uoluntaria. Est fauorabilis uis quedam premendo blandiens, & blandiendo premens. Vnde se se rea uoluntas, ubi semel peccato consenserit, nec excutere iam per se, nec excusare tamen ulla tenus de ratione queat. In de querula illa nox ueluti gementis sub onere necessitatis huius, Domine inquit, uim patior, responde pro me.

Sed rursus sciens, quod non iuste cauissetur aduersus dominum, cum uoluntas sua potius in causa foret, attende quid secutus intulerit.

Quid dicam aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerim ? Premebatur iugo, non alio tamen quam uoluntariæ cuiusdam seruitutis, & erat pro seruitute quidem miserabilis, sed pro uoluntate inexcusabilis. Voluntas enim est, quæ sc̄ cum esset libera, seruum fecit peccati, peccato assentiendo, uoluntas

DE LIBERO ARBITRIO.

uoluntas nihilo minus est , quæ se sub peccato
cencet uoluntarie seruiento.

Vide quid dicas ait aliquis mihi , tu
uoluntarium dicis , quod iam necessarium con-
stat esse ? Verum quidem est , quod uoluntas se
ipsam addixerit , sed non ipsa se retinet , magis
retinetur & nolens , Responsio . Bene hoo
saltem das , quia retinetur , sed uigilanter re-
tinetur , uoluntatem esse quam retinere fateris .
itaq; uoluntatem nolentem dicis ? Non utiq;
uoluntas retinetur , non uolens . Volun-
tas enim uolentis est , non nolentis . Quod si
uolens retinetur ipsa se retinet . Quid ergo
dicet ? aut quid respondebit ei cum ipsa fecer-
it ? Quid fecit ? seruam se fecit , Vnde de-
citur , Qui facit peccatum , seruus est pecca-
ti . Propterea cum peccauit (peccauit au-
tem cum peccato obediens decruxit) seruam
se fecit ,

v.

In omni opere bono iustus
peccat.

D i e

ARTIC. Q VINTVS.



Esaiæ LXIII.

Obserua quod lo
quitur de iusti-
cias nostris.

Job IX.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem xij.

VASI PAN-
nus menstruatæ
uniuersæ iusti-
tie nostræ &c.

Vere scio
quod ita sit, &
quod non iusti-
ficitur homo co-
positus Dco, Si

uoluerit contendere cum eo, non poterit ei
respondere unum pro mille.

Si habuero quipiam iustum, non respon-
debo, sed mecum iudicem deprecabor

Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum igno-
rabit anima mea, et tecabit me uitæ mee.

Verebar omnia opera mea, sciens quod
non parceris delinquenti, Si lotus fuero quasi
aquis niuis, & fulserint uelut mundissimæ ma-
nus mee, tamen sordibus intinges me, & ab-
hominabuntur me uestimenta mea.

Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo,
Veruntamen uias meas in conspectu eius ar-
guam, & ipse erit saluator meus.

Augustinus Psal. C. XLII.

Nullus

EN OMNI OPERE BONO IVST. PEC.

Nullus enim unquam opus bonum fecit
tanta charitate, quanta petuit et debuit. Qua-
re quilibet iniustus remansit, iniustus autem
non potest in opere in iusto non peccare.

Omnes minore
facimus quam de-
bemus.

Augustin, ad Hero. Epist. XXX.

Virtus est charitas, qua id quod di-
ligendum est diligitur. Hec est in aliis
maiior, in aliis minor, in aliis nulla, plenissima
vero que iam non possit augeri, quandiu hic
homo uiuit est in nemine, quandiu autem au-
geri potest, profecto illud quod minus est

Ex sua natura
est peccatum quic-
quam debet, ex uitio est, ex quo uitio, non
est iustus in terra qui facit bonum & non quam debet fieri
peccet.

Gregorius sup. Iob Lib. ix. cap. I.

Non iustificatur homo compositus Deo
&c. Sanctus autem uir, quia omne meritum
uirtutis nostrae uicum esse conficit, si ab in-
terno arbitrio districte iudicetur, Ideo recte
subiungit, Si uoluerit contendere cum eo, non
poterit unum respondere pro mille.

D iiiij Idem

ART. Q VINT.

Idem Cap. xiiij.

Omnis humana iustitia in iusticia esse
conuincitur, si districte iudicetur.

Idem in fine mora.

Quis inter ista remaneat salutis locus.
Vnde ergo glo- quando & mala nostra, pura mala sunt, &
riam, dum nobis bona nostra, quæ non haberi credimus, pura
cure nihil purum bona esse nequaquam possunt.

Idem Libro ix. Cap. xxviij.

Notandum uero, quod uir sanctus nom-
at, fulserunt mundissimæ manus meæ, sed ue-
lut mundissimæ manus meæ, quia quoisq; cor-
poræ corruptione astringimur, quam libet
Hinc omnis ius- rectis operibus ueram munditatem nequaquam
sticia nostra im- apprehendimus sed iniciamur.
perfecta.

Idem ibidem Cap. xvij.

Et si simplex fuero &c. Plerumq; si
scimus bona, quæ agimus ad elationem du-
cimur

IN OMNI OPERE BONO IVSTI PEC.

cimur, si nescimus minime sequamur. Quis Nonne hoc est
enim aut de uirtutis suæ conscientia non quan peccare in bonis
tulumur; q; superbiat?

Idem morali.

Væ laudabili uite hominum , si re-
mota pectate iudicetur , Quia districte discus- Væ misericordia illis
ssa inde ante oculos iudicis, unde se placere quietantur glo-
suspiciatur, obruitur. riantur in ficti-
tis operibus si in
ueris nihil sit pa-
rum.

Hieronimus contra Pelagi

Quotquot enim perfecte hoc sapimus
et c. Quid ergo sapiens? imo quid sapere
debemus, qui perfecti non sumus? Imperfec-
tos nos esse confiteri et nondum comprehen-
disse, nec dum accepisse. Hæc est hominis ue
ra sapientia, imperfectum esse se nosse, At• perfectio que
que (ut ita loquar) cunctorum in carnibus sit.
storum imperfecta perfectio est.

Bernerus de uerbis Orige,

Qui iudicat me dominus est et c. I, Cor. III, 2
Ubi enim prorsus nequoc declinare iudicium

D D C si

ART. Q VINT.

¶ si iustus fuero, non leuabo caput, quoniam omnes iusticie meæ tanq; pannus mensuare coram illo. Non est: qui in conspectu eius iustificetur.

V I.

Quæ sit uera Ecclesia, &
unde cognoscitur.

Christus mundat
suam Ecclesiam
lauacro aquæ
per uerbum.



IRI DILIGI-
te uxores ue-
stras, sicut &
Christus dilexit
Ecclesiam, &
scipsum tradi-
dit pro ea, ut il-
lam sanctifica-
ret, mundans

eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet
abi gloriosam Ecclesiam, non habentem ma-
culam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed
ut sit sancta & immaculata. Ephe. V.

Tu es Petrus, & super hanc petram ædi-
ficabo Ecclesiam meam. Matth. XVI.

Hæc

Q VAE SIT VERA ECCLESIA.

Hec scribo tibi, sperans fore, ut ueniam ad te, cito, quod si tardius uenero, ut noris, quomodo oporteat in domo Dei uersari, quae est Ecclesia Dei uiuentis, columna & basis ueritatis, I. Tim. III.

Paulus uocatus Apostolus Iesu Christi etc. Ecclesia Dei que est Corinthi, sanctificatis per Christum Iesum, uocatis sanctis una cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, in quo uis loco uel suo uel nostro, Gratia uobis & pax. I. Corin. I.

In uno spiritu omnes nos in unum corpus Baptisati sumus. siue Iudei, siue Gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes in uno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes, non sum manus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, non sum oculus, num ideo non est de corpore? Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. I. Corinth. XII.

Chrisostomus super Matth.

Cap. VII.

A fructibus eorum cognoscetis eos. Fru-
ctus enim

Ecclesia est co-
lumna ueritatis,
quia habet uer-
bum Dei.

Sanctificati &
uocati per Chri-
stum, & non per
Papam sunt Eca-
lesia.

ART. SEXTVS.

Quid si conueat etus enim hominis est confessio fidei, et operat eum decretar a conuersatio ipsius. Si ergo uideris hominem Christianum, statim considera, si confessio eius conueniat cum scripturis. Verus est Christianus. Si autem non est, quemadmodum Christus mandauit, falsus est, iudicium Christianitatis non ad nomen retulit, sed ad

Nomen non facit Christus: confessionem, quia non uomen solum Christi
et veritas. Christianum facit, sed ueritas, quia in nomine Christi nominem induere et non Christi multi ambulant. in ueritate autem

per Christum uiam poterit ad aliud est quam praeuarum: pauci.
tio diuinis nostris quam deserto uincens salutem.

Idem in Matth. Home. iiiij.

Satanas transfigit ueritatem. Omnes enim species iustitiae, quas habet in angelis suis. Id est Certus et serui Dei in ueritate, possunt habere et nos, Dominicae et serui Diaboli in similitudine. Habet enim Diabolas, Fratres, bolos et mansuetos et humiles, habet castos Augustinianos, et eleemosynarios et ieunios, et omnem species et ceteros id genere ciem boni, quam creauit Deus ad salutem hominis animalium, minus, ipsas species et diabolus introduxit quorum reptilia ad seductionem, ut inter bonum et bonum simili uera est nullum confusio fiat, ut simplices homines, qui boni ueri et boni simulati differentiam intelligere caute non possunt, dum querunt bonos Dei

Q VAE SIT VERA ECCLESIA.

nos Dei uiros, incurant in seditiones Diaboli.
Solam autē charitatiē Sancti spiritus non po-
test immūndus spiritus imitari. Omnis ergo spe-
cies iusticie in impostoribus inuenitur, solam
autem gratiam ueræ charitatis, sibi soli scr-
uauit Spiritus sanctus, ut per nullius iustitiam,
et testimonium sic cognoscatur, ubi est Spi-
ritus sanctus, quemadmodum per gratiam
charitatis.

XXiiij. quæst. iij. cap. Si Ecclesia.

Lxxviii. persecutione patrum

Si Ecclesia uera est, ipsa est que perse-
cutionem patitur non que facit. Quæratur
ab Adostolo, quam Ecclesiam significabat Sa-
ta, quando persecutionem faciebat ancilla?

XXiiij. quæst. i. Pudenda.

Vna est columba mea. Nullam aliam
esse constat, nisi que in Apostolica radice est Non in Papissis
fundata, a quibus ipsam fidem uniuerso orbi cisdecretis.
propagatam esse, non potest dubitari.

De con. dist. iij. cap. Prima igitur.

Propterea

ARTICULVS SEXTVS.

Propterea sancta & catholica est eccl^alesia, quia recte credit in deum.

Non in Papam.

De conse. distin. i. Cap. Ecclesia,

Ecclesia est catholicorum collectio.

XXIII. Q. I.A. recta in Glosa.

Congregatio fidelium dicitur ecclesia,
quae non potest errare, & talis ecclesia non
possit non esse, nam ipse dominus orat pro ecclesie.

Lyra in Math. xix.

Ecclesia non al=ligatur papae, nec cardinali= A uera fide scilicet subuertendo, ex quo pa=bas, nec archi=tet quod ecclesia non consistit in hominibus episcopis, nec ratione potestatis uel dignitatis ecclesiastice, Rome, nec Hie=uel secularis, quia multi principes & sum rosolimae, sed ue mi pontifices & alij inferiores inuenti sunt ra fides Christi, apostataisse a fide, propter quod ecclesia con=& non conditio sifit in illis personis, in quibus est noticia aut sexus efficit uera & confessio fidei & ueritatis, Ecclesiam.

Augusti

Q VAE SIT VERA ECCLESIA.

Augustinus Ser. xcix. de tempore

Sancta ecclesia nos sumus, sed non sic
dico nos, quasi ecce qui hic sumus, qui me mo-
do auditis, sed quotquot hi sunt Christiani
fideles in hac ecclesia, id est, in hac ciuitate,
quotquot sunt in ista regione, quotquot sunt
trans mare quotquot sunt toto orbe terrarum.
Quoniam et solis ortu usque ad occasum lau-
datur nomen domini. Sic se habet ecclesia ca-
tholica mater nostra, Magna est sponsi et
singularis dignatio, meretricem inuenit et
uirginem fecit. In fide uirgo est, in carne
paucas habet uirgines sanctae Moniales, in fi-
de omnes uirgines debet habere, et foeminas
et uiros.

Per totam orbem
dilata est ecclesi-
a et non est asia-
na Hierosolimia-
tana alligata lo-
co.

Bernar. ad Guilelmum Abbatem.

Fulget ecclesia in parietibus et in pau-
peribus eget. Suos lapides induit auro, et
suos filios nudos descrit. De sumptibus ege-
torum scrutitur oculis diuitum.

Christo, in Math. homa. xlix.

QD

ARTICVLVS SEXTVS.

Qui in Iudea sunt fugiant ad montes,
id est, qui sunt in Christianitate conferant se
ad scripturas. Sequitur, & quare iubet in
tempore omnes Christianos conferre se ad
scripturas? Quia in tempore hoc ex quo obiit
nuit heresis ecclesias, nulla probatio potest
esse uerae Christianitatis, neque refugium potest
esse Christianorum aliud, uolentium cognosce-
re fidei ueritatem, nisi scripturæ diuinæ. An-
te enim multis modis ostendebatur, que esset
ecclesia Christi, & quæ gentilitas. Nunc autem
nullo modo cognoscitur, uolentibus cognosce-
re quæ sit uera ecclesia Christi, nisi tantum
modo per scripturas. Quare? quia omnia haec
quæ sunt proprie Christi in ueritate, habet
& hereses ille in schismate, similiter ecclæ-

Denique ipsu Chm
Augusti. Ensi. cap. 4.
Norminuteng inuenitur
frig apud quoslibz homines
in se Christianos
boni volunt, re vero p-
sa nō ē apt cos.
sias, similiter & ipsas scripturas diuinæ, si-
militer episcopos, ceterosq; ordines cleri-
corum, similiter baptismum, similiter Eucha-
ristiam, & cetera omnia, deniq; ipsum
Christum. Volens ergo quis cognoscere, quæ
sit uera ecclesia Christi, unde cognoscit in tan-

Auditis tantumta confusione similitudinis, nisi tantummodo
modo, nisi et tan per scripturas. Item ex moribus ipsis prius
tum per scriptu intelligebatur ecclesia Christi, quando conuer-
sus
fato

Q VAE SIT VERA ECCLESIA.

satio Christianorum, aut omnium aut multorum erat sancta, quæ apud impios non erat. Nunc autem aut tales aut peiores facti sunt Christiani, quales sunt heretici aut gentiles. Adhuc autem, & maior continentia apud illos inuenitur, quamvis in schismate, quā apud Christianos. Qui ergo vult cognoscere quæ sit uera Ecclesia Christi, unde cognoscat, nisi tantummodo per scripturas? Sciens ergo Dominus tantam confusione rerum in nouissimis diebus futuram, ideo mandat, ut Christiani qui sunt in Christianitate uolentes firmitatem accipere fiduci ueræ, ad nullam rem consugiant, nisi ad scripturas. Alioqui si ad alias respexerint, scandalizabuntur, & peribunt, non intelligentes quæ sit uera Ecclesia.

Augustinus ser. de omni. sanct.

Catholica mater Ecclesia per totum orbem longe lateq; diffusa, in ipso capite Christo Iesu edocta, contumelias crucis & mortem didicit non timere, magis magisq; roborata est, non resistendo, sed preferendo.

B

Damasc.

ARTICVLVS SEXTVS.

Damascenus III. sentent.
Cap. XXXIII.

In uniuersam terram Euangelium predicatum est non Balistis, et armis, aut bellis
aduersarios devincens, sed pauci, nudi, et pau-
peres, illiterati, uerberati, mortificati sapientibus prevaluerunt.

Hilarius contra Auxen-
tium Arrianum.

Primum miserari licet nostrae etatis
laborem, et praesentium temporum praesentes
opiniones congemiscere, quibus patro-
cimari Deo, humana creduntur, et ad tua-
ndam Christi Ecclesiam, ambitione seculari

Obsecro quibus laboratur. Oro uos Episcopi (qui hoc uos
loquitur ? esse creditis) quibusnam suffragijs ad pre-
dicandum Euangelium Apostoli usi sunt, qui-
bus adiuti potestatibus, Christum predicau-
runt ? Gentesq; fere omnes ex idolis ad Deum
transtulerunt ? An ne aliquam sibi assumerent
e pallacio dignitatem, hymnum Deo in carce-
re inter catenas et post flagella cantantes ?

Edictio

Q VAE SIT VERA ECCLESIA.

Edictis ne regis Paul. cū in theatro spectacu-
lum ipse ej̄et, Christo Ecclesiam congrega-
bat ? Nerone sc̄ (credo) aut Vespasiano, aut
Decio patrocinantibus tuebatur, quorū in nos
odiis confessio diuinæ prædicationis effloruit.
Illi manu atq; opere se alentes, intra cænacu-
la secretaq; coeuntes, uicos & castella gen-
tesq; fere omnes terra ac mari contra sena-
tus consulta & regū edicta peragrantes, cla-
ues (credo) regni cœlorum non habebant
Aut nō manifesta se tum dei uirtus cōtra odia
humana porrexit ? cum tanto magis Christus
prædicaretur, quanto magis prædicari inhibi-
beretur ? At nunc proh dolor, diuinam fidem
suffragia commendant, inopsque uirtutis suæ
Christus dum ambitio nomini suo concilia-
tur, arguitur. Terret exiliis & carceribus
Ecclesia, credique sibi cogit, quæ exiliis &
carceribus est credita. Pendet ad dignatio-
tem communicantium, quæ persequentium est
consecrata terrore. Fugat sacerdotes, quæ
fugatis sacerdotibus, est propagata, diligiq;
se gloriantur a mundo, quæ Christi esse non
potuit, nisi eam mundus odisset. Hæc de com-
paratione traditæ nobis olim Ecclesiæ, nunq;

E ii de pev

ARTICVLVS SEPTIMVS.

deperditæ re ipsa. Quæ in oculis omnium est,
atq; ore ,clamabit.

VII. Claves Ecclesiæ sunt verbum Dei.

Qui credit uerbo, illi apperitur, incredulo clauditur.



RAEDICATE Euangeliū omni creaturæ . Qui credidε rit & baptisa- tus fuerit, hic saluus erit, qui uero non credidε condēna- bitur . Marci ulti.

Quomodo claudunt? nisi quia non doccebant uerbum dei .

Væ uobis Pharisæi & scribæ hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines. Math. xxijj .

August. Ser. xxvij. de Sanctis. Clavis enim dicenda est, qua ad fidem pectorum dura referantur, mentium secreta panduntur. Clavis inquam est, quæ & conscientiam .

CLAVES ECCLES. SVNT VERB. DEI
Scientiam ad confessionem peccati aperit, &
gratiam ad aeternitatem mysterij salutaris in
cludit.

Chryso. in Math. Cap. xxiiij.

Clavis est uerbum scientie scriptura Quisquis uerbis
rum, per quam aperitur hominibus ianua ue dei habet hic clas-
ritatis, Claviculares sunt sacerdotes, quibus uiger est, et quis
creditum est uerbum docendi, & interpretan quis credit uer-
bo dei, huic ape-
ritur ianua cœ-
di scripturas.

Ambro.li.de Cain et Abel,

li, & ne S. Pe-
tro quidem licet

Remittuntur peccata per uerbum dei, illi occludere.
cuius leuites est interpres.

August. de doctrina Christiana lib.

I. Cap. xv. & xvij.

Quid liberalius, & misericordius face-
re potuit, qui scipsum nobis quo redimeremur
substernere uoluit, nisi & omnia donaret
peccata conuersis, & grauiter fixa interdia-
cta redditus nostri, pro nobis crncifixus eucl=leret? Has igitur claves dedit ecclesie sue,

E iiij ut que

ARTICVLVS SEPTIM.

Peccata ligantur quia non creditur uerbo quod habet Ecclesia.

ut que solueret in terra, soluta essent in cœlo, ex que ligaret in terra, ligata essent in cœlo, scilicet, ut quisquis in ecclesia eius dimitti sibi peccata non crederet, non ea dimitterentur, Quisquis autem crederet, seq; ab his correctus auerteret, in eiusdem Ecclesie gremio constitutus, eadem fide, atq; correctione sanarctur.

De pœni. dist. I. cap. Verbum.

Verbum dei dimittit peccata, sacerdos est iudex, sacerdos quidem suum officium exhibet, sed nullius potestatis iura exercet.

Augustinus super Iohan. tract. I.

Fratres Iesum Christū iustum ipsum habemus aduocatum apud patrem, ipse est propiciatio peccatorum nostrorum. Hoc qui tenuit, hæresim non fecit. Hoc qui tenuit schisma non fecit. Vnde, n. facta sunt schismata? Cum dicunt homines, Nos iusti sumus? Cum dicunt homines, Nos sanctificamus immundos? nos sanctificamus impios? nos petimus, nos impetramus

Eusebius

CLAVES ECCLESIAE SVNT VERB DEI.

Eusebius in Ecclesiastica histo.
lib. IIII. Cap. XIII.

Petrus adueniens ex orientis partibus,
ut coelestis quidam negotiator, mercimoniam
diuini luminis, Si quis sit comparere paratus,
aduexit, et salutaris prædicationis uerbo pri-
mus in urbe Roma Euangelii sui clauibus ia-
nuam regni cœlestis aperuit.

Hic aperire uia
cat Euangeliū
claves regni ca-
lorum.

VIII ART.
Concilium potest errare.

Augustin. Lib. II, de baptis. contra
Donatist. Cap. III.



VIS AVTEM
nesciat sanctam scripturam canonicam tam ueteris quam noui testamenti certis suis terminis contineri, eaque omnibus posterioribus

ARTICVL. OCTAVVS.

rioribus Episcoporum literis ita præponi; ut de illa omnino dubitari & disceptari non possit, utrum uerum uel utrum rectum sit, quicquid in ea scriptum esse constiterit. Episcoporum autem literas, quæ post confirmatum canonem uel scriptæ sunt, uel scribentur, & per sermonem forte sapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris, & per aliorum Episcoporum grauiorem autoritatem, doctorumq; prudenter, & per concilia, licere reprehendi, si quid in eis forte a ueritate decuiatum est. Et ipsa concilia, quæ per singulas Regiones uel prouincias fiunt, plenariorum conciliorum autoritati, quæ fiunt ex uniuerso orbe

Plenaria Concilio Christiano, sine ullis ambagibus cedere. ipsaq; plenaria sëpe priora, posterioribus emenda-
lia possunt corri-
gi, ergo & erra-
re, nam quis cor-
rigit recte fa-
tum?

ri, cum aliquo experimento rerum aperitur,
quod clausum erat, & cognoscitur quod la-
tebat sine ullo typo sacrilegæ superbie, sine
ulla inflata ceruice arrogantie, sine ulla con-
tentione liuidæ inuidiae, cù sancta humilitate,
cum pace catholica, cù haritate Christiana.

Panormi. de electione. Ca.

Significasti.

Concilium

CONCILIVM POTEST ERRARE.

Concilium potest errare, sicut alias errauit super matrimonium contrahendum inter raptorem & raptam. Et dictum S. Hieronymi melius sententis postea fuit prælatum statuto Concilii, ut probatur xxxvi, q. ij. Nam in concercentibus fidem etiam dictum unius priuati esset præferendum dicto Papæ, si ille moueretur uicioribus rationibus noui & ueteris Testamenti quam Papa. Nec obstat, si dicatur, quod Concilium non potest errare, quia Christus orauit pro Ecclesia sua ut non deficeret fides. Quia dico, quod licet Concilium generale representet totam Ecclesiam uniuersalem, tamen in ueritate ibi non est uniuersalis Ecclesia, sed representatiue. Quia q. i. Pudenda. uniuersalis Ecclesia constituitur ex collatione omnium fidelium. Vnde omnes fideles orbis constituunt istam Ecclesiam uniuersalem, cuius caput & sponsus est ipse Christus. Papa autem est uicarius Christi, & non uere caput Ecclesiae. Et ista est Ecclesia quæ errare non potest. Per hoc de consecra. distinc. I. cap. Ecclesia. Vnde possibile est, quod uera fides Christi remaneret in uno solo, ita quod uerum est dicere, quod fides non deficit in Ecclesia

Hic habetis unit ex penatibus uestris qui rem nō obscuris uertis non tantum dicit sed & aper-
to facto probat.

O blasphemæ, ipse præfert dictum unius fidelis, dicto Dei uestri Papa, quem dicitis non posse errare. xxiiij.

Hic dicit Concilium non esse Ecclesiam quæ errare non possit, sed tantum representare Ecclesiam.

CONCILIVM POTEST ERRARE.

in Ecclesia. hoc patuit post passionem Christi,
Nam fides remansit dumtaxat in beata Ma-
ria, quia omnes alij scandalizati sunt, tamen
Christus ante passionem orauerat pro Petro,
ut non deficeret fides sua.

Concilium uniuersale legittime congre-

Sed dicite, qua-
impudentia au-
detis affirmare
eſſe congregata
in uirtute spirit.
Exempli gratia, Concilium Constantinopolita-
sancti cum non
habent uerbum
Dei est ne ulia
uerbū: Ceterum
qua auctoritate
firmabitis Con-
stanciense et Ba-
fliense concilia,
nam in utroq; dā-
natis Papam
pro heretico.

gatum, in uirtute Spiritus sancti, in quo Pa-
pa non dissentit a Concilio, nec Concilium a
Papa, in his quæ spectant ad fidem, non po-
ucstra Concilia test errare. At si Papa dissentit a Conci-
lio, tunc suspectum est illud Concilium. Ut
cum in quo condemnabantur imagines San-
ctorum, consentientibus. CCC. XXX. Epi-
scopis, erravit, propterea quod Gregorius.
Hac Rophensis.

IX. ART.

Omnis tenentur communis-
care sub utraque
specie.

Accipite

DE VTRAQ VE SPECIE.



CCIPITE

& commedi-

te, hoc est cor Deus dicit, acci-
pus meum. Et pite, bibite & mi-
acciens ea ser homo dicit
licem gratias non bibetis;
egit, & dedit
illis dicens. Bi-
bite ex hoc o-
mnes, hic est sanguis meus noui Testamenti,
qui pro multis effunditur in remissionem pec-
catorum. Math. xxvi. Mar. xliij. Luc. xxij.

Ego enim accepi a Domino quod & tra- Nec satis est, si
didi uobis, quod Dominus Iesus in qua nocte dicatis, quod cor
tradebatur, accepit panem & gratias agens, pus est sine sang-
fregit & dixit. Accipite & manducate, hoc uinc, Nam
est corpus meum quod pro uobis tradetur. Christus hoc scilicet
Similiter & calicem postquam cenauit dicens. uit, & tamen dat
Hic calix nouum Testamentum est in meo san- sanguinem seorsim, & Paulus
guine, hoc facite quotienscumque bibitis in me- am commemorationem. precipit, ut ex
calice bibamus.

Quotienscumque manducabitis panem & non tantum
hunc, & calicem biberitis, mortem Domini ex corpore.
annuncia

ARTICVLVS NONVS.

annunciabitis donec ueniat,

Itaq; quicunq; manducauerit panem
hunc & biberit calizem domini indigne , reus
erit corporis & sanguinis domini . Probet
autem seipsum homo, & sic de pane edat &
de calice bibat, nam qui edit & bibit indigne,
iudicium sibi manducat & bilit , i. Cor. xi.

De eonfe. distin. II.Cap.
comperimus. Sunt ver
ba Gelasij Papæ

Comperimus autem quod quidam sump
ta tantummodo corporis sacri portione, a ca
like sacri cruoris abstineant, qui procul dubi
o (quoniam nescio qua superstitione docen
tur astringi) aut integra sacramenta percipi
ant, aut ab integris arceantur , Quia diui
sio unius, ciudemicq; mysterij sine grandi sacri
legio non potest peruenire. Quia diuisio.glo
sa , Nec superflue sumitur ex utraq; specie.
Nam species panis ad carnem , & species
uini ad animam refertur , cum uinum sit sa
cramentum sanguinis in quo est sedes ani
me, ideoq; sumitur sub utraq; specie, ut sig
nificetur

DE VTRAQ VE SPECIE.

nificetur, quod utrumq; Christus carnem as-
sumpsit, & animam, & quod tam animæ quā
cerperi partitipatio ualeat. Vnde si sub una
tantum specie sumeretur, ad tuitionem alteri-
us tantum ualere significaretur.

Ibidem Cap. Qui manducant.

Qui manduant & bibunt Christum,
uitam manducant & bibunt, illum mandu-
care est refici, illum bibere est uiuere. Qui
manducant, glossa, id est in specie panis &
uini.

Nonne uultis ut
laici uiuant? er-
go cur non ut bi-
bant? glos. dicit
in specie panis,
& specie uini.

Ibidem Cap.. Si quotiescumque verba Ambro.

Si quotiescunq; effunditur sanguis Chri-
sti in remissionem peccatorum effunditur, de-
beo merito semper accipere. Qui semper pec-
co, debeo semper mediam accipere.

Ibidem Cap. Si non verba Hilarij.

Si non sunt tanta peccata ut excommunica-
nicetur

DE VTRAQ VE SPECIE.

nicetur quis, non se debet a medicina corporis & sanguinis Domini separare.

Ibidem cap. in Cæna.

In cæna Domini a quibusdem percepcionis Eucharistie negligitur, quæ in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis his, quibus pro grauibus criminibus inhibitum est) percipienda sit. Ecclesiasticus usus demonstrat, cum etiam poenitentes eadem die ad percipienda corporis & sanguinis Domini sacramenta reconcilientur.

Ibidem Cap. cum frangitur,
uerba August.

Audite quod dicit, sanguis de calice, & non de corpore, & in ora fideliū, & non tantum sacerdotum.

Cum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud q̄ dominici corporis crucis immolatio, eiusq; sanguinis de latere effusio designatur.

Cyprianus ad Cornelium
Papam de Cæna
Domini.

Nam

DE VTRAQVE SPECIE.

Nam quomodo docemus aut prouocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? Aut quomodo ad Martirii palmam idoneos facimus, si non eos ad bibendum prius in Ecclesia poculum Domini, iure communicaturos admittimus?

Poculum Domini uocat propter uos, qui dicitis ex corpore tantum bibendum, & non ex calice.

Sermo. de lapsis.

Idem ostendit factum Diaconi infundentis sanguinem Christi in os puellæ noctis.

Hic habetis apetum factum.

Hieroni. in Sophoniam Cap. III.

Sacerdotes qui Eucharistie seruiunt, et sanguinem domini populis eius diuidunt, impie agunt in legem Christi putantes Eucharistiam imprecantis facere uerba, non uitam.

Tripartita historia Lib. IX. Cap. XXX.

Quomodo manus extendes, de quibus
adhuc

ARTICVLVS NONVS,

ad huc sanguis stillat iniustus? quomodo huius modi manibus suscipes sanctum domini corpus? qua temeritate ore tuo poculum sanguinis preciosi percipies, quando furore uerbo

Ecce rursus po-
culum sanguini-
nis dicit ad ex-
pugnandam ue-
stram heresim.
præterea hic ha-
betis practicam
ecclesiæ de uer-
bis Christi.

rum tuorum tantus iniuste est sanguis effu-
sus? Sunt uerba Ambro. contra Theodosium
imperatorem, qui Thessalonice septem millia
occidit.

Verba concilij constan. in quo con-
demnatur participatio alterius spe-
ciei. Anno. M. CCCC. XV.
die xv. Iunij. Sessione deci-
ma. tertia.

Cum in nonnullis mundi partibus quida
temerarie asserere præsumant &c. Concili-
um declarat, decernit, & definit, quod licet
Christus post cœnam instituerit, & suis dis-
cipulis administrauerit sub utraq; specie, pa-
nis & uini hoc uenerabile sacramentum, ta-
men hoc non obstante, sacrorum canonum
auctoritas laudabilis & approbata conuictu-
do ecclesiæ seruauit, & seruat, quod huiusmo-
di sacramentum non debet confui post cœnam
neq;

DE VTRAQUE SPECIE,

neq; à fidelibus , recipi non ieiunis, nisi in cau-
su infirmitatis, aut alterius necessitatis a ius-
re uel ecclesia concessò uel admissò . Et si-
cut hæc consuetudo ad euitandum aliqua pe-
ricula, & scandala rationabiliter introducta
est , quod licet in primitiua ecclesia huiusmo-
di sacramentum reciperetur à fidelibus sub
utraq; specie, postea a conficiètibus sub utraq;
tantum . A laicis nūc tantummodo sub specie
panis suscipiatur, cum firmissime credenda sit
& nulla tenet dubitandum , integrum Christi
corpus , & sanguinem , tam sub specie panis,
quam sub specie uini , ueraciter contineri.
Vnde cum eiusmodi consuetudo ab ecclesia,
& sanctis patribus rationabiliter introducta,
& diutissime obseruata sit , habenda est pro-
lege , quam non licet reprobare, aut sine ec-
clesie auctoritate pro libito mutare . Qua-
propter dicere quod hanc consuetudinem , aut
legem obseruare, sit sacrilegum, aut illicitum,
censeri debet erroneum, & pertinaciter affe-
rentes oppositum præmissorum, tanquam hæ-
retici arcendi sunt , & grauiter puniendi,
per Diocesanos locorum , seu officiales eorū
aut inquisitores hæreticæ prauitatis , in reg-

Habemus uobis
graciam quod
conceditis primi
tiuam ecclesiam
hoc obseruatio
quod nos iam ui-
de uobis tanta
auctoritas id mu-
tandi ? quod Chri-
stus instituit er
ecclesia sancte
obseruavit ?

Proferte uel
unum ex patri-
bus qui hoc pro-
bat uel introdux-
erit & uicistis.
Nonne Paulo an-
te concessisti ec-
clesiam dedito
sub utraq; spe-
cie ?
Nonne iam ui-
cistis qui Chri-

ARTICVLVS. NONVS.

stum filium dei, nis, seu prouincijs, in quibus contra hoc sanctissimum a= decretum aliquid fuerit forsan attentatum postulum Pan = aut presumptum iuxta canonicas, & legit= lumi, etiam & iu mas sanctiones, in fauorem catholicæ fidei ra uestra con= contra hereticos, & confautores salubriter demnastis ut he= adinuentas. Hæc illi. Inde excommunicantur retica? qui dant & decent, utramq; speciem dan= Talibus ne ar= dam, ctsi non desistunt, inuccandum iubetur mis apostoli pug brachium sœculare, nabant?

Bernar. abbas argiensis in libello
de officio Missæ Cap. xx.

Non est autem authenticum, quod quida Nunc hæc sunt corpus domini intingunt, & intinctum pro aperta uerba q; complemento communionis populo distribu= non satis est in= buunt. Nam ordo romanus contra dicit, que tinctum corpus & in Parasceue uinum non consecratum, populo distribui cum dominica oratione, & dominici corpo= nisi etiam calix ris immixtine iubet consecrare, ut populus consecratus de plene possit communicare. Quod utiq; su= tur? perfluo precipret, si intinctum corpus domi= nicum à priori die seruaretur, & ita intinc= tum populo ad communicandum sufficere ui= deretur

Ibidem

DE SVB VTRA. SPECIE.

Idem Ibidem.

Julius quoq; papa in ordine xxxvi.
episcopis Aegyp.i scribens , huiusmodi in-
tinctionem penitus prohibet, & scorsum ca-
licem iuxta dominicam institutionem summen-
dum docet . Beatus Gelasius papa in ordine .
Ll. scribens quibusdam episcopis , ex commu-
nicari illos precipit, quicunq; sumpto corpo-
re dominico, & calicis participatione se ab-
stinuerint .

Quid dicitis ad
hec ? quod iubet
scorsum calicem
populo dari ? id=
q; iuxta domini
cam institutio-
nem ?

Cyprianus ad felicem Epistola
viiij.

Adulterinum est , impium est , sacrilegi-
um est , quodcunq; humano furore institui-
tur , ut dispositio diuina uioletur . Procul ab
huiusmodi hominum contagione discedite , &
sermones eorum ueluti cancer , & pestem fu-
giendo uitate .

De conse. distin. ij. Cap.

Cum omne.

F ij

illus

ARTIC. NONVS.

Hic habetis antiquam consuetudinem ecclesiae, & modum observandi patrum.

Illud uero quod pro complemento communionis, intentam tradunt eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex euangelio testimonium receperunt. Vbi apostolis dominus corpus suum commendauit, & sanguinem, scorsum enim panis, & scorsum calicis commendationem memoratur.

X. ART.

Licet sacerdotibus nubere.

I. Timo. III.

Non dicit fuisse sed esse unius uxoris. & filios habens, quomodo hoc sit sine uxore?



tes presbyteros, sicut ergo disposui tibi. Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles

PORTET
Episcopum esse
irreprehensi-
bilem, unius,
uxoris virum.

Titum. I.

Et consti-
tuas per ciuita-
tes presbyteros, sicut ergo disposui tibi. Si quis
sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens
fideles

LIC. SACERDOTIB. NVERE.

fideles, non in accusatione luxurie.

I. Corinth, VII.

Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat.

Dico autem non nuptis et uiduis, bonum est illis si sic permanerint, sicut et ego. Quod si se non continent, nubant, melius dotes, nam illis est enim nubere quam ubi.

Quid hoc est unusquisque? An sacerdotes excipiuntur?

Hebreo. XIII.

Honorabile connubium in omnibus est, thorus immaculatus, fornicatores et adulteros iudicabit deus.

I. Timo. IIII.

Spiritus autem manifeste dicit, quod in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, cauteriatam habentium conscientiam.

F 1ij

suam condemnabant nuptias.

A condito mundo necno reperi-

tur qui prohibuit nubere nisi

papa, nam Tam-

ciani in totum

ARTICVLVS DECIMVS.

Vos scitis alio
rum uasa possi-
detis, nō in sanc-
tificatione, sed
in scortatione.

I. Thessa. IIII.

Hec est uoluntas dei sanctificatio ne-
stra, ut abstineatis uos a fornicatione, ut sciat
unusquisque uestrum uas suum possidere in
sanctificatione & honore.

Dicunt discipuli. Si ita est causa ho-
minis cum uxore, non expedit nubere, qui
dixit illis. Non omnes capiunt uerbum istud,
sed quibus datum est. Math. xix.

Socrus est uxo-
ris mater.

Socrus autem Petri tenebantur magnis
febribus. Math. rij.

An creditis ex
fornicatione sus
cepstan?

Philippus Euangelista habuit, quatuor
filias. Acto. xxij.

Magister. Senten. Lij. Distin.
xx, verba sunt Augusti.

Qua auctorita-
te damnatis hoc
remedium honc-
stum, a deo ins-
titutum?

Infirmitas enim prona in ruinā turpitu-
dinis, excipitur honestate nupciali, & quod
fanis

LIC. SACERDOTIBVS NVEBERE.

Ianis est officium , cgrotis est remedium.

Synodus vi. & habetur Distin.
xxxii.

Quoniam in Romani ordine rationis
esse cognouimus traditum , eos qui ordinati Nonne dainna-
sunt diaconi, uel presbyteri confiteri quod nō tur ordinatio ue-
suis iam copulentur uxoribus. Nos antiquum stra de cœliba-
sequentes canonem apostolicæ diligentie, et tu , ne cogitetis
constitutiones sacrorum uirorum legales nup hæc ad alios per-
tias a modo ualcre uolumus , nullo modo tinere.

cum uxoribus suis eorum connubia dissoluen-
tes , aut priuantcs eos familiaritate adinui-
cem, in tempore oportuno. Quicunq; ergo di-
ligens inuentus fuerit subdiaconali ordinatio-
ne, aut diaconali , aut sacerdotali , hi nullo
modo prohibentur ad talem ascendere gra-
dum, pro uxoris suæ cohabitatione, nec etiam
tempore ordinationis suæ profiteri castitatem
cogantur , quod abstinere debeat a legalis
uxoris familiaritate. Sequitur . Si quis
igitur præsumperit contra apostolicos
canones , aliquos presbyterorum , et dia-
conorum priuare , a contactu et a com-

ARTICVLVS DECIM.

munione legalis uxoris suæ , deponatur . Si militer ex bresbyter ac diaconus , qui religi- onis causa uxorem suam expellit , excommu- nicetur . Si uero in hoc permanferit , depona- tur ,

Dist. xxxI. ex triparti. Historia.

Nicena Synodus uolens corrigere ho- minum uitam in ecclesijs commorantium po- suit leges , quas canones uocamus , in quorum tractatu uidebantur aliquibus introducere le- gem , ut episcopi , presbyteri , diaconi , sub- diaconi , cum coniugibus quas ante consecra- tionem duxerant non dormirent . Surgens autem Paphnutius confessor contradixit , ho- norabiles confessus nuptias , et castitatem di- cens esse cum propria coniuge concubitum . Suasit itaq; consilio ne tales ponerent le- gem , grauem esse afferens caussam , que aut ipsis , aut eorum coniugalibus occasio forni- cationis existeret . Et hoc quidem Paphnutia- us (licet nuptiarum esset inexpertus) ex- posuit . Synodusq; laudauit sententiam eius ,

LIC. SACERDOTIB. Vxo. DVCERE.

& nihil ex hac parte fanciuit, sed hoc in
uniuersiusq; uoluntate non necessitate per-
misit.

Distinc. xxvi. Qui sine.

Qui sine crimine unius uxoris est uir,
tenetur ad legem sacerdotij suscipiendi. Qui
autem iterauerit coniugium, culpam quidem
no[n] habet coquinati, sed prærogativa exui-
tur sacerdotis.

Ergo non est
cōburendus pro
hæretico.

Distinc. xxvi. verba August

Quidam nubentes post uotum asserunt
adulteros esse, ego autem dico uobis, quod gra-
mpter peccant, qui tales diuidunt.

Conc. Gangren. distin.

xxx. Si quis.

Si quis nuptias in accusationem duxerit,
& mulierem fidelem ac religiosam cum
uiro suo dormientem, abominandam credide-
rit, aut etiam accusandam, tanquam non

F p posse

ARTICVLVS DECIMVS.

posse coniugatos in regnum dei ingredi, anathema sit.

Canon apostolorum.

Quid dicitis ad
hce?

Si quis docuerit sacerdotem sub obtentia
religionis, propriam uxorem contumaciter,
anathema sit.

Conci. Gangren. distin.
xxvij.

Quod erat anno
domini. 534. Eu-
stachiani docce-
bant, spernendos
esse sacerdotes
qui nuptias con-
traxerant.

Si quis discernit presbyterum coniu-
gatum tanquam occasione nuptiarum, quod
offerre non debeat, et ab eius oblatione ideo
abstinet, anathema sit.

Concil. tolita Ca. xxxij.

Q. n̄ Placuit.

Hic aperte ui-
detis quod uxo-
res habebant cle-
rici.

Placuit ut si quorumcunq; clericorum
uxores peccauerint, ne forte licentiam pecca-
ti plus habeant, accipiant mariti carum hanc
potestatem praeter necem custodiendi, et ligan-
di in doma sua adieunia salutaria, et c. Los-
quitur de mulieribus adulteris.

xij.

LICET SACERDOTIBVS NVBERE.

Xij. Q. ij. Episcopus.

Episcopus qui filios habet, de bonis que Nota quod dicit
relinquit, ab heredibus eius indemnitatibus si filios habet.
ecclesiæ consulatur.

Distin. xxxvij. legant verba Hiero.

Legant episcopi et presbyteri, qui filios Episcopi habe= suos secularibus erudiunt literis et faci= bant filios. unt illos comedias legere, et mimorum turpia scripta cantare, de ecclesiasticis sumptibus forsitan cruditos &c.

xxxij. Q. I. integritas . verba
Ambro.

Integritas corporis expetenda a nobis Et uos cogitis est, quam ego pro consilio suadio, non pro quotquot uolunt imperio precepio. Sola enim uirginitas est, esse sacerdotes, que suaderi potest, imperari non potest, res ad castitatem. magis uoti, quam precepti est. Voti. glossa, magis liberæ uoluntatis est, quam coactionis.

Sexta synodus Sc est Distin. xxviij.

Pre-

ARTICVLVS DECIMVS.

tunc si uult abstinere , abstineat . Si autem spernit, ita ut olera cocta cum carnibus non degustet, iste non obediens, nec suspitiones haeresis a se remouens, deponatur de ordine clericatus.

Orige. in Leuiti. Home. X.

Nath. vi.

Tu itaq; si uis diciunare, diciuna secundum preceptum Euangelij, et serua in diciunijs Euangelicas leges, in quibus hoc modus Saluator de diciunijs mandat. Tu autem si diciunas, unge caput tuum &c. Vis, tibi adhuc ostendam quale te oportet diciunare diciunum? Ieiuna ab omni peccato, nullum cibum sumas malicie, nullas capias epulas uoluptatis, nullo uino luxurie concalesceas, diciuna a malis artibus, abstine a malis sermonibus, contine a malis cogitationibus, Noli continere panes furtios peruersae doctrinae. Non concupisces fallaces Philosophiae cibos, qui te a ueritate seducant. Tale diciunium Deo placet, Abstinere uero a cibis, quos Deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, Et hoc facere cum his, qui

Christum

Nonne carnes possimus aequa accipere cum gratiarum actione, atq; pisces? Cur ergo utrumq; non tollitis?

IEVNIVM CHRISTIANORVM.

Christum crucifixerunt, acceptum esse non potest Deo. Indignati sunt aliquando Pharisæi Domino, cur non ieunarent discipuli eius, Quibus ille respondit, quia non possunt filij sponsi ieunare, quam diu cum illis est sponsus. Illi ergo ieunant, qui perdidérunt sponsum. Nos habentes nobiscum sponsum, ieunare non possumus. Nec hoc tamen ideo dicimus, ut abstinentie Christianæ frena laxemus. Habemus enim quadragesime dies ieunijs consecratos, habemus quartam & sextam septimane dies, quibus solenniter ieunamus. Est certe libertas Christiano per omne tempus ieunandi, non obseruantie sua perstitione, sed uirtute continentie.

De Consecra. distinc. v. Cap. Ieiunium.

Ieiunium autem magnum & generale est abstinere ab iniuriatibus, & ab illicitis uoluptatibus seculi, quod est perfectum ieunium in hoc seculo &c,

Atha. in Episto. ad Hebre.

I iiii

Hebre.

ARTICVLVS DECIMVSQ_U VARTVS.

Hebre. xiiij.

Bonum est, gratia stabilire cor, non
escis &c. Arguit eos qui Iudaic am ci-
borum abstinentiam & obseruationem in-
duxerant. Estis enim uos, inquiens, gratia
hoc est, fide stabiendi, reddendiq; cercio-
res nihil esse prorsus inmundum, & pura
esse credenti omnia. Est itaq; fides hæc, non
escarum obseruatio necessaria. Qui euim
a cibis peccauerint, id est, qui in huiusmodi
escarum obseruationem semper intendunt,
perspicuum est, nihil hos profecisse &c.

XV. Articulus.

**Christiano omnis dies est Sabbatum
non solum Septimus Heb-
domadæ Dies.**

Galatas

CHRISTIANO OMNIS DIES EST SABBA.

Galatas. iiiij.



IES OBSER-
uatis menses et
tempora & an-
nos &c. Nemo
uos iudicet in cō-
bo aut in potu,
aut in parte
dici festi. aut
neomenie, aut

Sabbatorum, Quae sunt umbra futurorum
Coloss. ij.

Dominus enim est filius hominis etiam
Sabbati. **Math. xij.**

Surge tolle grabbatum tuum , & am-
bula, **Iohan. v.**

Erit mensis ex mense, & Sabbatum ex
Sabbato . **Esa. ultimo .**

Hiero,in Epist. ad Galat.
Cap. iiiij.

Dies obseruatis &c. Dicat aliquis,
I si

ARTIRVLVS DECIMVEQ VINTVS.

Si dies obseruare non licet & menses & tempora & annos, nos quoq; simile crimen incurrimus quartam Sabbati obseruantos, & parascuen, & diem Dominicam, & iciunium quadragesime, & paschæ festiuitatem, & Pentecostes letitiam, Et pro uarietate regionum diuersa in honore martyrum tempora constituta. Ad quod quis simpliciter respondebit, dicens. Non eisdem Iudaicæ obseruationis dies esse quos nostros, Non enim asyagimorum pascha celebramus, sed resurrectionis & crucis. Nec septem iuxta morem Israel muneramus hebdomadas in pentecoste, sed Spiritus Sancti numeramus aduentum. Et ne inordinata congregatio populi fidem minueret in Christo, propterea dies aliqui constituti sunt, ut in unum omnes pariter ueniremus. Non quo celebrior sit dies unus dies non illa, qua conuenimus, sed quo quacunq; die est alio sanctior, conueniendum sit, ex conspectu mutuo leticia maior oriatur. Qui uero apposite questioni acutius respondere conatur, illud affirmat, Omnes dies æquales esse, nec per parascuen tantum Christum crucifigi & die Dominica resurgere, sed semper sanctum resurrectionis

CHRISTIANO OMNIS DIES EST SABB.

reclionis esse diem, & semper cum carne uesci
Dominica. Ieiunia & congregations inter
dies propter eos a uiris prudentibus constitua-
tos, qui magis seculo uacant quam Deo, nec
possunt, imo nolunt toto in Ecclesia uitæ suæ
tempore congregari, & ante humanos actus,
Deo orationum suarum offerre sacrificium.

Ambro. ad Irène. Epistola.
lxxij.

Sabbati quoq; ferias uno die in hebdo-
mada celebrare iudei iussi sunt, ut nulli one-
ri subderentur, quia mundanis operibus ab-
soluti utinam sic absissent, ut in illud perpe-
tuum futurorum Sabbatum sacerdorum nulla
secum grauium ueherent onera peccatorum.
Synagoga diem obseruet, Ecclesia in morta-
litatem. In lege igitur portio, in Euangelio
perfectio est.

Augustinus de Spiritu & litera Cap.
xiiij.

Quoniam quisquis illum dicem sicut
litera

ARTIC. DECIMVSQ_VINTVS

*litera sonat nuncusq; obseruat, carnaliter
sapit.*

**August. ad Bonifa. Lib. iiij. Cap.
iiiij. Contra ij. Epistolam
Pelagia.**

*Si enim Christus nobis abstulit illud
grauissimum multarum obseruationum iugū,
ne carnaliter circumcidamur, ne peco-
rum uictimas immolemus, ne sabbato septimo
dierum uolumine redeunte ab operibus etiam
necessarijs quiescamus, &cetera huiusmo-
di, si ea spiritualiter intellecta teneamus, re-
motisq; umbris significantibus in rerum ip-
sarum quæ significatur luce, uigilemus. Nun-
quid propterea dicturi sumus non ad nos
partinere quod scriptum est? Ut alienum
quodcumq; perditum quisque inuenierit, red-
dat, ei qui perdidit? Et alia multa similia,
quibus sic recteque uiuere discitur, maxime-
que ipsum Decalogum, qui duabus illis tabu-
lis lapideis continetur, excepta sabbati obser-
uatione carnali, quæ spiritualem sanctifi-
cationem quietemq; significat &c.*

Augustinus

CHRIST. OMNIS DIES EST SABBA.

Angustinus Epistola ad Galatas.

Cap. iii.

Scire prius debet quis, opera legis ^{dia opera legis bipartita est. Iudicium. Sacramentum. gloria} bipartita esse. Nam partim in Sacramentis, partim uero in moribus accipiuntur. Ad Sacra ^{gloria} sacramenta pertinent circumcisio carnis, sabbatum temporale, nomenia, sacrificia, atque omnes huiusmodi innumerabiles obseruationes. Ad mores autem, Non occides, non mœchaberis, non falsum testimonium dices et talia cetera.

Tertullianus aduersus Iudeos

Circumcisio carnalis abolita est ex puncta suis temporibus, Itaque obseruatio Sabbati temporalis fuisse demonstratur. Nos enim obseruare debemus Sabbatum, non tantum septimo quoque die, sed per omne tempus. De quo Esa. Erit dies ex die, mensis ex mensa, et Sabbatum ex Sabbatho.

Augustinus Epistola. cxix. ad Ianua.

Sabbat-

ARTICVLVS DECIMVSQ VINTVS :

Sabbatum obseruare debemus, non ut
quiescere nos existimemus, sed ut omnia que
Ecce ueram ob- bene operemur, habeant intentionem in re-
seruationem Sab quiem sempiternam. Obseruare itaq; debe-
bati quam haec mus, non per otium et ad literam sed Spiritua-
nus nullus papi= liter requiescere a uitis et concupiscentijs.
starum aut sci= Et ideo inter omnia illa decem precepta so-
nit aut docuit. lum illud quod de Sabbato positum est, figura-
te obseruandum præcipitur, quam figuram
nos intelligendam, non etiam per otium cele-
brandam suscepimus.

De Conse. distinc. iii Cap. Perue- nit . verba Grego.

Nonne uos estis
qui cogitis homi-
nes ad otium tam
Sabbati sanctifi-
cationem ? quam
ignoratis.

Peruenit ad me, quosdam peruersi spiria-
tus homines, praua inter uos aliqua et sanc-
tæ fidei aduersa seminasse, ita ut die Sabbati
aliquid operari prohiberent, Quos, quid aliud
nisi Antichristi prædicatores dixerimus, qui
ueniens diem Sabbati atq; dominicum ab om-
ni faciat opere custodiri, quia et mori se et
resurgere simulat, haberet in ueneratione uult
diem Dominicam, et quia populum Iuda-
iacum compelit, ut exteriorem legi ritum re-

CHRISTSANO OMNIS DIES EST SABB.

uocet, et sibi iudeorum perfidiam subdat,
coli uult Sabbatum.

Augusti. super Iohani Tracta
xvij.

Tolle grabbatum tuum. &c. Manife Cur Christum nō
flum opus corporale factum erat, non sanitas accusatis de ui-
corporis, sed operatio corporis. olatione Sabba-

ART. XVI.

Iniusta excommunicatio Papæ non
lædit excommunicatos,

xi. Questi. III. illud Plane



LLVD PLA-
ne non temera- Ad uos o inqui-
rie dixerunt. sitores hæreticæ
quod si quisquā prauitatis , qui
fidelium fuerit Apostolos Dei
anathematiza = ad uos missos
tus iniuste , po- iam excommuni-
tius ei cberit catis,
qui facit, quam
qui hanc patitur iniuriā, spiritus enim sanctus
habitans

ARTICVLVS DECIMVSSEXTVS.

habitans in sanctis per quem quisq; ligatur.
aut soluitur, immerit am nulli ingredit paenam,
per eum quippe diffunditur charitas in cor-
dibus nostris, que non agit perperam. Pax
Ecclesiæ dimitit peccata, & ab Ecclesiæ
pace alienus tenet peccata? Non secundum
arbitrium hominum, sed secundum arbitriums
Dei Petra tenet, Petra dimitit, Columba
tenet, columba dimitit. Item Salomon. Sicut
auis in incertum uolans & passer quilit et
uadens, sic maledictum frustra uolatum ue-
nit super eum, qui misit illud.

Prouerbi. xxvi.

Ibidem Cap. Qui verba, Augusti.

Qui iustus est, & iniuste maledicitur,
præmium illi redditur.

Ibidem, Cui est illata, Gela.

Cui est illata sententia, deponat errore
rem & uacua est, sed si iniusta est, tanto cu-
rare eam non debet, quanto apud Deum &
eius Ecclesiam neminem potest grauari ini-
qua sententia. Ita ergo ea se non absolui de-
syderet

INIVSTA EXCOMMUNIC. PAPAE.

sideret, qua se nulla tenuis perspicit obliga-
tum.

Ibidem, Cepisti. verba Augusti.

Cepisti habere fratrem tuum tanquam
publicanum, ligas illum in terra, sed ut iuste
alliges vide, Nam iniusta uincula disrumpit
iusticia.

Ibidem, Temerarium iudit, verba
Augusti.

Temerarium iudicium plerumq; nihil
nocet ei de quo temere iudicatur, ei autem
qui temere iudicat, ipsa temeritas necesse est
ut noecat.

Ibidem, Quid, verba Augusti.

Quid obest homini, quod ex illa tabu-
la uult eum delere humana ignorantia, si de
libro uiuentium non debeat iniqua conscienc-
ia?

Ibidem, Et si, verba Augusti.

ARTICVLVS DECIMVS SEXTVS

Vos hic damnatis
pro hæreticis
quos Christus corona-
tis pro san-
tis.

Et si ad tempus damnatis ab homine, &
dixerit sententiam preconsul in Cyprianū, aliud
est cella terrena, aliud est tribunal cœleste,
ab inferiori accepit sententiam, a superiori
coronam.

xi. Q. iii. Custodi, Verba Augustini.

Custodi intus innocentiam tuam, ubi
nemo opprimit caussam tuam, præualebit in
te falsum testimonium, sed apud homines, nun
quid apud Deum ualebit, ubi causam tua
dicenda est. Quando Deus erit index, alius
testis, quam conscientia tua non erit, inter iu-
stum iudicem & conscientiam tuam, Noli ti-
mere nisi caussam tuam.

xxiiij. Questi. iii. Si quis. Verba Hieronymi.

Si quis non recto iudicio eorum
qui presunt Ecclesiæ depellatur, & foras
mittatur, si ipse antea non existit, hoc est si nō
ita egit, ut uiceretur exire, nihil laeditur in
eo quod

INIVSTA EXCOMMUNICAT. PAPAE,
eo quod uon recto iudicio ab hominibus uidet
ur expulsus, & ita fit, ut interdum ille qui
foras mittitur, intus sit, & ille foras, qui intus
retineri uidetur.

xxiiij. Questi. iii. Non in verba
Rabani.

Non in perpetuum damnamur cum iniuste iudicamur dicente Psalmista. Nec damnabit illum cum iudicabitur illi, Multi sacerdotum culpam zelo Dei se persequi profitentur, sed dum indiscrete hoc agitur, sacrilegij factus incurrit, & dum præcipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multo magis in dexterius cadunt.

Obsecro quibus dicitur hoc.

Ibidem cum Aliquis, verba
Orige.

Cum aliquis exit a ueritate, a timore
Dei, a fide, a charitate, exit de castris Ecclesie, etiam si per Episcopi uocem minime ab ieiunatur. Sicut econtrario aliquis non recto iudicio foras mittitur, sed si ante non exie-

K ii

rit,

Et uos tantum eis
citis fideles, &
crederes, scors
tatores & ali
teros benedicti
nis, nam si i es
eiceretis parva
eſſet uerba de
Ecclesia.

ARTICVLVS DECIMVMSEXTVM

rit, id est, si non egerit, ut mercetur exire, nihil leditur. Interdum enim qui foras mititur, intus est, et qui foris est, intus videatur reclinari.

Conci. Melden. xi. Questi.ij.
Nemo Episcoporum.

Nemo Episcoporum quemlibet (sine certa et manifesta primum causa) commissione priuict ecclesiastica. Sub anathemate autem, sine conscientia archiepiscopi, aut Episcoporum, nullum presumat ponere, nisi unde canonica docet autoritas, quia anathema aeternae est mortis damnatio, et non nisi pro mortali debet imponi crimine, et illis, qui aliter non potuerunt corrigi.

ART. XVII.

In Sacramento altruis est verum
Corpus Christi.

De consecra. Distinc.ij. Vtrum
verba Augusti.

Vtrum

IN SACRAM. ALTAR. EST VER. COR.



TRVM SVB
figura, an sub
ueritate hoc
mysticum cali-
cis Sacramen-
tum fiat? Veri-
tas ait, Caro
mea uere est
cibus &c, Alio

quin quomodo magnum erit, panis quem ego
dabo caro mea est, pro mundi uita, nisi uera
sit caro. Sed quia Christum fas uorari denti-
bus non est, uoluit dominus hunc panem &
uinum in mysterio, uere carnem suam, &
sanguinem suum consecratione spiritus sancti
potentialiter creari. & quotidie pro mundi
uita mystice immolari, ut sicut de uirgine per
Spiritum Sanctum uera caro sine coitu crea-
tur, ita per eundem ex substantia panis & ui-
ni mystice idem corpus Christi consecratur.
Corpus Christi & ueritas & figura est, ue-
ritas dum corpus Christi & sanguis uirtute
spiritus sancti in uirtute ipsius ex panis &
uini substantia efficitur. Figura uero est id
quod exterius sentitur.

Iohann. VI.

K illi Ibidem

ARTICVL. DECIMVS. SEPTIMVS.

Ibidem, Qui Manducant, Verba Augustini.

Quod uidetur, panis est & calix,
quod etiam oculi renunciant. Quod autem fid
es postulat instruenda , panis , est corpus
Christi , calix sanguis . Ista ideo dicuntur Sa
cramenta , quia in eis aliud uidetur, & aliud
intelligitur. Quod uidetur speciem habet
corporalem, quod intelligitur fructum habet
spiritualem .

Ibidem, Quia morte, Verba Augustini.

Quia morte Domini liberati sumus,
huius rei memores , in edendo & potando
carnem & sanguinem, que pro nobis oblata
sunt, significamus,

Ibidem, Nos autem, Verba
Augustini.

Nos autem in specie panis & uini, qua
uidemus, res inuisibilis , id est carnem &
sanguinem honoramus , nec similiter pend
mus

DE SACRAMENTO ALTARIS

mus has duas species quemadmodum ante con-
secrationem pendebamus , cum fideliter fatear-
mur, ante consecrationem panem esse & ui-
num , quod natura formauit , post consecra-
tionem uero carnem Christi & sanguinem,
quod benedictio consecrauit .

Atha.I Corin.x.

Sanguis enim iste qui calice contine-
tur , ille est qui Christi e latere profluxit ,
Hunc ipsis cum sumimus , participamus , hoc
est Christo coniungimur . Nonne igitur uos
pudet o Corinthij , cum ad idolorum calicem
ab hoc Christi decurratis poculo , qui uos ab
idolis liberauit . Sequitur , Quid enim est
panis ? Est corpus Christi . Quid autem hu-
ius participantes redduntur ? Nimirum Chris-
sti corpus .

Theophylac. Math. xxv.

Dicens , Hoc est corpus meum , ostendit
quod ipsum corpus Domini sit panis , qui san-
ctificatur in altario & non respondens si-

Theophylac. In Matth. cap. 25. Panes enim in domini corpore dum na erat coventus, ita fructus ab eius altaru-

ARTICVLVS DECIMVSSEPTIMVS.

gura. Non enim dixit, hoc est figura, sed hoc est corpus meum. Ineffabili enim operatione transformatur, etiam si nobis videatur panis. Quoniam infirmi sumus & ab horremus crudas carnes comedere, maxime hominum carnem, & ideo panis quidem appetet, sed caro est.

Augustinus Psal. xxxij.

Ferebatur Christus in manibus suis quando commendans ipsum corpus suum ait. Hoc est corpus meum, ferebat enim illud corpus in manibus suis,

De conse. distinc. ij. Corpus Christi, verba Hila.

Corpus Christi, quod sumitur de altari figura est, dum panis & uinum uidetur extra, ueritas autem dum corpus & sanguis Christi in ueritate interius creditur.

De conse. distinc. ij. Cap. Corporum verba Augustini.

Cor 2

DE SACRAMENTA ALTARIS.

Corporum illud manna, nunc res est
tanti miraculi, quia uenit quod perfectum est.
Perfectus autem panis de cœlo, corpus est ex
uirgine natum.

De conse. distinc. ij. Cap. Omnia verba Ambrosi.

Ego sum panis uiuus qui de cœlo descen-
dit. Et item. Panis quem ego dabo, caro mea
est pro mundi uita. Ex his namq; duabus sen-
tentijs aperte datur intelligi, quia panis iste,
& ille (non duo sed unus panis, & una
caro) procul dubio unum corpus efficitur.
illud uere, illud sane, quod sumptum est de uir-
gine, quod passum est, & sepultum, quod re-
surrexit, et in cœlum ascendit, et sedet ad dex-
teram Dei Patris, & quod uenturum est iu-
dicare uiuos & mortuos.

XVIII. Articulus.

Sancti non sunt inuocandi
pro mediatoribus.

K * i Timo. ij.

ARTICVLVS DECIVM.OCTAVVS.

i. Time.ij.



NVS EST
mediator Dei
& hominum,
homo Christus
Iesus .

Hic tollitur , ua-
niſima diſtinctio
qua docetis fan-
ctos eſſe media-
tores interceſſio-
nis , & Christum
mediatorem re-
deptionis , ſed
hic dicit Christū
eſſe mediatorē
non sanctos .

Romo. viii.
Christus
Iesus qui mor-
tuus eſt , imo qui & resurrexit , qui eſt ad
dexteram Dei , qui etiam interpellat pro no-
bis .

i. Iohan.ij.

Si quis peccauerit , aduocatum habe-
mus apud patrem Iesum Christum iustum .

Pſal. iiij.

Quoniam tu Domine ſolus eſt qui in
interceſſionis , & ſecuritate facies habitare me .

Math. iiij.

Dominum Deum tuum adorabis & illi fo-
li ſeruies .

Apoca. xix. & xx.

Cecidi ut adorarem ante pedes angeli , ex-
dixit

Quid hoc ſibi
uult , uide ne fe-

SANCTI NON SVNT INVOCANDI. ecclis? & Deum
dixit mihi, vide ne feceris, conseruus tuus sum adora?num san-
et fratribus tuorum, habemium testimonium eti sunt dii?
Iesu, Deum adora.

Amos v.

Potestis tabernacula Moloch Deo uerstro, et imaginem idolorum uestrorum fidus omne id cui prea-
Dei nostri rempla, figuram quas fecisis uocabis, adorare eas.

Galatas. iiiij.

Tunc quidem ignorantibus Deum, his qui natura non sunt dii, seruicbatis.

Iohann. xiiij.

Nemo uenit ad patrem nisi per me.

Ratio Diui. Lib. iiiij.

Ecclesia post tempora beati silvestri excepit memoriam sanctorum confessorum uenerari.

Augustinus De vera Religione

Cap. vi. Tibi.

Non diligamus uisibilia spectacula, ne ab ipsa ueritate aberrando, et amando umbras, in tenebras proiiciamur. Non sit nobis religio

Rabbi Moyses dicit Moloch esse creator? sa-
crificatur, ergo uos facitis Mo= loch ex sanctis.
Sancti non sunt na-
tura dii . ergo nec inuocandi .
Sancti non sunt Christus , ergo per eos non uenit tur ad parem.
Ante illa tempo- ra quos patro- nos habuistis

ARTICVLVS DECIMVS OCTAVVS.

*Si Augustino cre-
ditis, sancti no-
lunt sibi tribui
bonorem media-
toris.*

*religio, fantismatibus nostris, melius est enim
quale cunq; uerum, quam omne quicquid pro
arbitrio fingi potest. Non sit nobis religio cul-
tus hominum mortuorum, quia si pice uixer-
rint, non sic habetur, ut tales querant honores,
sed illum a nobis coli uolunt, quo illuminante,
lentantur meriti sui nos esse conseruos. Hono-*

*Quorum imite-
mini fidem, con-
siderantes qui
fuerit exitus con-
uersationis illo-
rum hebre. xiiij.
Sancti non beant
suos adoratores.*

*Quem martyrum
per. D. annos pa-
tres uestri non
occiderunt? &
nos iam illis cri-
gitis templae? Sed
sanguis Abel &
ominum occiso-
rum propter te-
stimoniū Dei, cla-
mari contra nos.*

*randi ergo sunt, propter imitationē, non ado-
randi propter religionem. Sequitur. Hoc eti-
am ipsos optimos angelos, & excellentissima
Dei ministeria, uelle credamus, ut unum cum
ipsis colamus Deum, cuius contemplatione bea-
ti sunt. Necq; enim & nos uidendo angelos
beati sumus, sed uidendo ueritatem, qua etiam
ipsos diligimus angelos, & his congratula-
mur. Quare honoramus eos charitate, non
seruitute. Nec eis templa construimus. No-
lunt enim se sic honorari a nobis, quia nos ip-
sos cum boni sumus, templa summi Dei esse
nouerunt. Recte itaq; scribitur, hominem
ab angelo probatum, ne se adoraret, sed unū
Deum sub quo esset & illi conseruus. Apo.
xix. & xxij.*

Augustinus in Ioan. trac. xiiij; Cap. v

Hæc

SANCHI NON SVNT INVOCATI.

Hæc est religio Christiana, ut colatur unus Deus, & non multi dii, quia non facit animam beatam, nisi unus Deus, participatione Dei fit beata, non participatione sanctæ animæ fit beata infirma anima. nec participatione angelis fit beata sancta anima, sed si querit beata esse infirma anima, querat unde beata sit sancta anima. Non enim beatus efficieris ex angelo tu, sed unde angelus beatus, inde & tu.

De plenitudine Christi acceptimus, gratiā pro gratia, et non de plenitudine sanctorum.

Ecce angeli non beant, alios

Chrisosto. vi. Home. de profectu Euang.

Magna est fides tua. Vides quomodo mulier quæ indigna erat, ex assiduitate facta est digna? Vis discere quod etiam per nos ipsos orantes, apud Deum plus efficimus quam dum alij pro nobis orant. Clamauit hæc, & accesserunt discipuli, dicunt. Dimitte eam, quia clamat post nos, Et ad illos dixit, non sum missus nisi ad eues que perierunt domus Israel. Quando autem ipsamet accessit & perseverauit clamans, & dicens, Etiam Domine, nam & catelli edunt de mensa Domini

ART. DECIMVS OCTAVVS.

Quid efficient
ficticii sancti si
ueri apostoli pa-
tiuntur repulsa?

dominorum suorum , tunc beneficium dedit,
& ait . Fiat tibi sicut uis. Vides quomodo re-
pulit , cum alii precarentur. Vbi uero ipsa-
met orans pro dono clamauit , annuit. Illis in-
quit , non sum missus nisi ad eues. Huic autem ,
Mulier magna est fides tua , fiat tibi sicut uis.

Idem Homel. Eadem.

Ceterum non opus est patronis apud De-
Hic aperiē habe um , neq; multo discursu , ut blandiare aliis ,
tis opus non esse Sed licet solus sis , patronoq; careas , & per
patronis apud te ipsum Deum preceris , omnino tamen uoti
Deum . Cur hūc compos eris . Neq; enim tam facile Deus an-
nō damnatis pro nūt , cum alii pro nobis erant , ut cum ipse met
hæretico? oramus , etiam si pluribus malis simus plenī.

Ambro. ad Roma.i.

Vbi sunt qui so- Solent pudorem tamen paſsi neglegti Dci ,
lebant istam simi misera uti excusatione dicentes , per istos po-
lititudinem iacta- sse ire ad Deum sicut per comites peruenitur
re ? Ambro eam ad regem . Age , nunquid tam demens est
aperte refellit . est aliquis , aut salutis sue immemor , ut beno-
Miror quid illi rificentiam regis uendicet comiti ? cum de-
cident .

hac

'SANCTI NON SVNT INVOCANDI.

hac re si qui etiam tractare fuerint inuen-
ti, iure ut regi dannetur maiestatis. Et isti se
non putant regos, qui honorem nominis Dei de-
ferunt creature, & relisto Domino conser-
uos adorant, quasi sit aliquid plus cui serui-
tur, Deo? Nunc ideo ad regem per tribu-
nos, & comites itur, quia homo utiq; est rex,
& nescit quibus debet rempublicam crede-
re, Ad Deum autem promerendum, quem
utiq; nihil latet (omnia enim merita nouit)
Jusfragatore non est opus, sed mente deuota.

Idem ibidem.

Mutauerunt gloriam Dei in similitu- Viuētes sanctos
dinem hominum, ut forma corruptibilis ho- occiditis, & mor-
minis Deus ab his uocetur, hoc est simulacrum tuus (de quorū
hominis, ut quos uiuos nomine donare non sanctitate totus
audient, mortuorum imagines in gloriam Dei mundus dubitat,
recipient. quanta ægritudo, quanta stulti- nam quis scit
cia: & hoc se sapientes appellare ad suam dam que aguntur in
nationem: apud quos plus mortui possunt cœlis) mediato-
quam uiui, & mortui sunt potiores uiuis, res constituitis,
A uiuo reuentes pro,

hereticis damnatis, & mortuorum in catalogo sanctorum numeratis. Corpora uiuorum comburitis, & sepulchra mortuorum ornauis.

Ambro. dicit nec angelos, nec potestates (de quorum sanitate nemo dubitat) esse inuscandos. Et uos multorum nomina celebatis, quorum animae sunt apud inferos.

Qui Christum habet patronum, facile propicios sanctos habebit.

ARTICM. DECIMVS OCTSVVS

A uiuo enim Dco recedentes, mortuis faucent.

Ibidem ad Colof. Cap. i.

Idcirco enim omnipotens magnitudo quanta sit Christi, & quam infinita, ab initio declarauit, ut posceret in ipso solo spem ponendam, quia ipsius sunt omnia, & quia nihil sine ipso potest fieri, neq; in celo, neq; in terra. Ante omnes enim est, & cuncta in ipso constant, quia in omnibus ipsa primum tenet, Ut si quis alicui clementorum, aut angelorum, uel potestatum, deuotum se debere esse putet, errare se sciatur. Itaque hic unus audiendus est, & colendus, nec ad hunc aestimandus est quisquam. Quia qui caput tenet, reliquam partem subiectam tenet. Nam qui se subiectis humiliat, totus erat, non tenens caput, truncus est, ex quo totum corpus tenetur ad uitam.

Angustinus Libro x. de Civitate Dei.

Merito illi in coelestibus sedibus constituti,

SANCTI NON SVNT INVOCANDI.

tuti, immortales, & beati, qui creatoris sui participatione congaudent, cuius aeternitate firmi, cuius ueritate certi, cuius munere sancti sunt, quoniam nos mortales & miserios, ut immortales beatiq; sumus misericorditer diligunt, Quia conscientia missatis uos nolunt nos sibi sacrificari, sed ei, cuius & ipsa cum sanctis? cum ipso sacrificium se esse nouerunt. Cum sanctis? cum ipsis enim sumus una ciuitas Dei, cui in psalmo dicitur, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas sacrificari? Dei.

Clemens de Imagini Lib. v, ad Iaco. Fratrem Domini

Nos ad honorem inuisibilis Dei, imagines uisibiles adoramus, quod certe falsum est. Si enim uelitis Dei imaginem colere, homini quo mago deo
benedicta non in lapide
sunt in scie. beneficentes, ueram in eo Dei imaginem coleretis. Sequitur. Si ergo uere uultis honorare imaginem Dei, nos uobis quod uerum est apperimus, ut homini qui ad imaginem Dei factus est bene, faciatis, honorem & reverentiam deferatis, esurienti cibum, sitienti potum, nudo indumentum, & gro ministerium, peregrino hospitium, & in carcere posito

L necessaria

ART. DECIMVS OCTAVVS

necessaria ministretis. Sequitur. Quis ergo iste honor Dei est per lapideas & lignicas formas discurrere, & inanes atque exanimes figuram tanquam numina uenerari, & hominem in quo uere imago Dei est, spernere? Sequitur. intelligite ergo, quia latentis intrincatus serpentis est ista suggestio, qui persuadet, uos pios uideri posse, cum insensibilia colitis, & non uideri impios, cum sensibiles & rationales laeditis.

Idem in eodem

Quid certe tam impium? tam ingratum? quam à Deo beneficium consequi, & reddere lignis ac lapidibus gratiam? Propter quod expurgescimini, & intelligite salutem uestram.

Scotus iij. Sent. dist. ix. Que. i. Et de consecra. Dist. iij. Cap. Venerabiles
in glossa.

Latria est scrutus habens actus exteriores tanquam signa interioris reverentiae. Vel est

SANCTI NON SVNT INVOCATI

est cultus, quo speratur, diligi:ur. & creditur Deus. Et habet in se tria . s. Charitatem dilectionis, multitudinem sacrificiorum, & uenerationem. Et soli Deo debetur. Dulia est ^{Dulia} cultus debitus rationali creaturæ, & habet in se solam uenerationem, & non multitudinem sacrificiorum, neq; charitatem dilectionis, & sanctis omnibus & creaturis rationalibus debetur. Hyperdulia est cultus maior quam dulia, & debetur tantum humanitati Christi, & virginis Mariæ.

Hyperdulia

Nonne pudet uos horū portentorū? producite Apostolum ex quo ista monstra didicistis. Nā pro iis deliramentis statuendis, multa milia sanctorū occiditis. Sed uideamus doctrinam istam. Vos docetis sanctos esse adorandos cultu du'iae, Hoc est, nec debetis eis sacrificare nec credere, nec eos diligere, quia ista secundum uos, tantum continentur in cultu latrie, quem ergo obsecro cultum datis sanctis cum nec eos diligitis nec eis audetis credere, nec quicq; illis offerre? Certe cundem quē Iudei Christo, dientes, Ave rex Iudeorum Quis unquam auxiliuit hereticos magis excrandos? qui & sanctos & homines illuditis?

ARTICVLVS DECIMVS NONVS
ART. XIX.

De Origine Missæ & omnibus eius
Partibus.

De conse. Distinc. I. Cap. Iacobus
ex vi. Synodo



A CO B V S
frater Domini
secundum car-
nem , cui pri-
mum creditas
est Hierosoli-
mitana Eccles-
ia , ex Basili-
us Cæsariensis

Episcopus , dederunt nobis missæ celebratio-
nem . Glossa , id est , ordinationem celebrandæ
missæ . Verba enim quibus corpus conficitur ,
ab ipso Domino sunt tradita . Sed etiam
post alij alia addiderunt , ad decorum & solen-
nitatem . Hæc ille . Mi Christiane lector ,
quid aliud possunt isti homines tam compositi
ad mendacia , quam fallere & decipere , hoc
enim

DE ORIGINE MISSAE.

enim est unicum corum studium , quod tam-
et si ex multis corum factis notum tibi esse
potest, tamen uel ex hoc uno, de quo tantum-
dem gloriantur. tam apertum est, ut nemo in-
ficiari possit . Missæ originem Iacobo Aposto-
lo & Basilio Episco. tribuere est error non
ferendus, cum sit falsissimus, ut ex sequentibus
constabit. Dicant (si possunt) quid Iacobus
composuit, quid Basilius addidit ? Adducant
unum ex Apostolis missantem , et uicerint.
Iacobus moritur circa annum Domini Lxij. Et
missæ (ut ipsi eam intelligunt) nulla in Eccles-
sia fit mentio per ducentos annos . Ad hæc Ba-
silius moritur circa annum Christi 380. Quo-
modo potuit conuenire cum Iacobo de missa ?
Sed Quam Ecclesia missam habuit a morte
Iacobi ad tempora Basili? Et Qua auctorita-
te tradidit uobis missam Basilius ? Porro isti
homines addunt auctoritatem ex sexta Syno-
do , ut celebrius sit mendacium. Producite sex
tam Synodus in qua hec sunt scripta. Obses-
secro quid tractabatur in vi. Synodo ? Modus
celebrandæ missæ ? Aut contra quos congrega-
ta est vi. Synodus ? Contra non missantes ? Ni-
hil minus, sed contra impie docentes unam uo-
luntatē

ARTICVLVS DECIMVS NONVS

tem & unam operationem in Christo, legite acta Synodi, & ita inuenietis. Sed de-
mus interim hoc esse in Synodo tractatum,
quid hoc probat? Non est contentio de quibus
rebus tractabatur in Synodo, Sed an Iacobus,
& Basilius tradiderunt nobis modum missandie
Quomodo hoc probat. S. Synodus? De hac re
est contentio. Vnde edicta est sexta Synodus,
Iacobum & Basilium, missam tradidisse?
Scripta eorum apud nos sunt, in quibus de missa
nec syllaba quidem legitur. Ad hec sexta Sy-
nodus erat in Graecia, qui usq; in hodiernum
diem dissentient a nostro modo celebrandi,
quare aut nos, aut illos errare ab ordinatione
Iacobi necessum est. sed quid dicetis ad hoc?
Sexta Synodus celebratur anno Christi 574.
Ante ista tempora. a quibus sumpsisisti modum
celebrandi? Non ex traditione Iacobi, quia ea
ad huc ignota erat mundo, & iam primum
prodita est mundo per Synodum. Sed ut res
notior sit toti mundo, opponam uobis anctori-
tatcm beati Gregorij, qui dicit Apostolos nullae
peculiarem modum habuisse in cclebranda
missa, sed tantum dixisse dominicay oratio-
nem. Mos (inquit) Apostolorum fuit, ut ad
domini-

postolice orationes
cum dominica
liberamente

DE ORIGINE MISSÆ.

dominicam solummodo orationem , Hostiam in regist lib. viij
consecrarent . Hæc ille . Vbi iam est traditio cap . Lxij .
Iacobi? Gregorius eam ignorauit . Certe si
Christiani effectis, puderet uos saltem (si deum
non reueremini) ita persequi, lacerare, occi= =
dere uestros fratres, pro uestra impia missa,
quam iactitatis auctorem habere Christum,
atq; omnes suos Apostolos, cum ne unum qui
dem bonum hominem in auctorem producere
potestis. Ego enim loquor de undecimq; ue= =
stra consuta missa & non de uerbis Christi.
Sed ut uno uerbo rem absoluam. Quia missa
uobis tam clara est (neq; id temere, cum ex ea
uentrem impletis, equos & canes alitis, mere= =
trices ueneri consecratis, & id genus bono= =
rum operum) & incerti estis de auctore,
ego describam uobis auctores uestrae
consute missæ , idq; ex uestris scriptori= =
bus, ne causemini Lutheranum esse.

Croni.cro.Fasci.

In primis Gregorius magnus Synodū habuit temp.

Rome circa annū Christi 594. in qua decre= =

uit, ut Introitus missæ fieret ex Psalmo aliquo. Kyrieleyson.

Ad didic preterea, ut Kyrielesō nouies cane= =
retur.

Dicsq; nostros.

Nem addit in canone missæ, Diesq; no= =
stros in tua pace disponas, usq; ad per Chri= =

L iiij stum

ARTICVL. DECIMVS NONVS.

Pater noster

stum Dominum nostrum.

Faci tem.

Orationes

Tractus.

Croni cro.

Gloria in excel-
sis.

Euangelium?

Croni cro.

Croni .cro. Fas.
temp.

Credo.

Bern. Abbas.

de officio missæ.

Croni cro.

Faci temp.

Sanctus.

Ratio .di. Croni
cro. Faci temp.

Doctor Crantz.

Idem adidit Pater noster.

Gelasius adiunxit orationes & hym-
nos , tractus,circa annum Christi 482.

Thelephorus constituit,ut Euangelium,
& Gloria in excelsis canerentur. circa an-
num. 54.

Symmachus auxit Gloria in excelsis. Nā
prius nihil habebant amplius,quam quod est in
Euangelio, hic uixit circa annum 494..

Marcus papa, constituit,ut festis diebus
statim post Euangelium Symbolum Nicenum,
à clero & populo magna uoce caneretur cir-
ca annum 534.

Hec oratio. Veni sanctificator omnipo-
tens æterne Deus .quæ super hostiam dicitur,
sumpta est ex Gallicano ordine . Præterea
haec , Suscipe sancta Trinitas,ex sola consue-
tudine sumpta est , & non ex ordinatione ali-
cuius pape.

Sixtus primus ordinavit,ut sanctus ter
cancetur in missa ,circa annum 124.

Gelasius papa instituit. Te igitur cle-
mentissime pater, & ordinavit ut secretas,
Canonem & prefationes,sacerdotes expansis
brachijs

DE ORIGINE MISSAE.

brachijs diccerent, uixit circa annum 482.

Leo magnus addidit canoni , hanc igitur oblationem , et Sanctum sacrificium , immaculatam hostiam circa annum 444.

Gregorius tertius adiunxit . Quorum solennitas hodie in conspectu diuinæ maiestatis tue celebratur Domine Deus noster , circa annum 734.

Celestinus primus constituit , ut Psalmi David ante sacrificium , antiphonatim ab omnibus canerentur , quod fieri non consueuerat . Nam perfecta epistola et Euangilio , sacrificio finis imponebatur , uixit circa annum Christi 424.

Croni. cro. Ratio Diui.

Alexander primus addidit . Qui pridie quā die quam pateretur , uixit circa annum 114. pateretur.

Fasci. temp.

Sergius primus ordinauit , ut Agnus dei Agnus Dei . tercā neretur inter frangendum corpus Christi , circa annum 594.

Croni cro.

Missa latina prima decantatur a Iohanne Portuensi Episcopo , in sexta synodo constantinopolitana , circa annum 674.

L

v

Ecce

Te igitur.

Fasci. temp.

Sanctum sacrificium.

Croni. cro. Fasci, temp.

Quorum solennitas.

Croni cro.

ARTICVL. DECIMVS NONVS.

Ecce Christiane lector, hic iam habes missam utcunq; consutam, et auctores singularum partium, quam nostri papistæ tam impie defendunt pro sacrificio. Nec mirum, si mordicus descendant rem tam charam, tam laboriosam, et tanto progressu temporis cōsutā. Hoc ausim affirmare, templū illud magnificū Salomonis, multo minore tempore fuisse cōstruētū, quam istam a sopicam corniculam suis emendicatis plumis ornatā. Nec tamen immemorem te esse uolo illius pape decreti, quod probat ordinationem missæ a Iacobo et a Ballo fuisse traditam. Obscro, tellas omnia que addita sunt ab ipsis patribus, et quid reliquum erit missæ? Quid superest quod Iacobus tradidit? Aut Basilius cōmendauit? Omnis nihil, nisi uerba Christi. Ita isti boni patres contra apertam ueritatem Dei se opponunt, sed cum quanti gloria, uidebis, si te praeueris otiosum ad finem usq; fabule spectatorem. Dominus loquetur cum illis in ira sua, et in ardore suo perterrebit eos. Quando incanset in breui ira eius, tunc male cum istis

8

DE ORIGINE MISSAE.

Istis gigantibus, sed bene omnibus fidentibus
in Domino, qui illuminet
corda fidelium.

A M E N.

Impressum VVitebergae apud Iosephum
Klug. Anno Domini.

M. D. XXXVI.

Errata.

B. iiiij. fa. ij. li. iij pro iuctas lege
iustus.

B. viij. fa. ij li. ij pro desponsauit, lege
desponsauit.

C. iiij. fa. I. li. riiij. interfacimus & pre-
bendo desunt hæc uerba. Sed ille facit ut fa-
ciamus.

Ibidem li. xij pro quin lege quinm.

C. v. fa. I li iij abundant, quid.

C. vi. fa. ij. li. ij. abundant non.

Epiphæ: lib. 5. cōtra Hæres:

Quoniam enim Adam genuerit filios & filias necesse fuit
illo tempore filios proprios sororibus copulari, non enim erat hor iniquum quoniam
nullum aliud genus erat. Nam & ipse Adam proprio, ut ita dicitur,
filio, id est ex corpore ipsius formatæ, copulatus est. quod ad hoc
iniquum ipse a deo formatæ fuit, et non erat iniquum. Et ipsius
filii copulati non cum sorori manari sicut appellatur.
Seth. A Zurae sorori sua voratus.













